



3.
DE SACER

DOTIO ECCLESIAE CHRI
STI CATHOLICAE ORA
TIO LATINA HABITA AD
CLERVM PARTHENOPO
LITANVM ADVERSVS
MARTI LVTHERI DOG
MATA PRESERTIM LI
BELLO SVO INFANDO DE
ABROGANDA MISSA MA
LESVADO DEMO
NE PRODITA.

Authore Iohanne Mensingo.

M. D. XXVII.

*De sacerdotio ecclesie xpi catholice
oecum. latinae habitata ad clerum par
thenopolitanum aduersus martin
lutheri dogmata presertim libello
suo infando de abroganda
missa male fraudo de more
et data*

Ad Christianum Emptorem.

Salve. hac qui transis, pelle gere nil uereare
Quisquis fidus ades: riteq; Christicola,
Hostiam Christianam, certe imprætiabile munus
Reddo: eni sacrilegus hæresiarcha tulit
Deniq; nec aliud maius, quæ supplici uoto
Placetur deus: profugis, exulibus
Dummodo pæniteant sceleris, atq; impietatis
Adnisse, & proxi confiteantur eam
Quæ si complexus fueris: cœlestia tandem
Munia gustabis: lector amice uale.

Q Van
lem d
exiguitatis imp
clarissimi: facit
humanitate uel
semper modest
rint accipere d
am. aut quod p
uenistis: longe o
rat enim, aut
bus illis præstig
noluptate mult
um proponere
q; consueuerit
cincinnis ora
Cumq; de
tentias obserua
mores illius qu
dis rudibus do
ut humilitate
temnere, quo
q; uerborum
tiam linguarum
preferre cons
nendas docet
mus corpori
res q; disert

Faint handwritten text in a cursive script, likely a library or ownership stamp, mostly illegible due to fading.

emptorem.

oil uereare
hrificola,
etiabile munus
sarcha tulit
olici uoto
culbus
q; impietatis
tur eam
a tandem
e uale.

Q Vanq̄ non ignorem, difficis-
lem dicendi prouiciam, humeris meæ
exiguitatis impositam satis imparem: Viri patres
clarissimi: facilem tamen existimabo, si pro solita
humanitate uestra attenti, probare, & ut estis
semper modestissimi, bono animo quæ dicta fue-
rint accipere dignabimini. Quod si noui quippi-
am, aut quod politum & oratorium sit, audire cō-
uenistis: longe deceptos etiam ipse doleo. Oportue-
rat enim, aut circulatoribus aut circumfrensi-
bus illis prestigatoribus, aures magis arrexisse,
noluptate mulcendas: dum ueri aтем ego in medi-
um proponere decreuerim. Quæ cum nuda depin-
gi consueuerit: nullis eget uerborum fucis, nullis
cincinnis ora orijs.

Cumq; de re grauissima sermo decurrerit, sen-
tentias obseruari precor, uerba non admodum: me-
mores illius quod Augustinus libro de Cathexisan-
dis rudibus docet. Sedulo admonendos scholasticos
ut humilitatem induiti christianam: discant nō con-
temnere, quos cognouerint morum uitia, magis
q̄ uerborum deuitare. Sed & casto cordi, exerci-
tati linguam nec conferre audeant: quam etiam
preferre consueuerunt. Vtiliter enim ita propo-
nendas docet uerbis sententias: ut proponitur ani-
mus corpori. Quo fit, ut ita malle debeant uerio-
res q̄ disertiores audire sermones: sicut malle

Augustinus
de Cathesi-
zandis ru-
dibus.

A ij debent

debet prudentiores q̄ for mosiores habere amicos
Gregorius Indignum enim satis arbitratur Gregorius, dñi
ad Alexan Alexandrino scriberet Episcopo: ut uerba cele-
drinum Epi stis oraculi restingeret sub regulis Donati.
scopum.

Sordet hodie quibusdam, quicquid Ciceronia-
nam non pre se fert eloquentiam: quantavis ueri-
tatis constet firmitate. Vsq; adeo: ut quodcumq;
illud sit, modo tersum sit atq; expolitum, licet nul-
la ueritate nitatur, ne dicam etiam hæretica prau-
tate sit sædatum, absq; discrimine recipiant: ut
Mathe. xi. nil mirari possis si naufragemur in fide: qui sa-
nam humilis magistri doctrinam non sustinemus,
ij. Thim. iij sed coaceruamus nobis magistros prurientes au-
ribus, conuersi ad fabulas, auersi autem a ueritate
Dabit is itaq; ueniam in contempto: & prope negle-
cto sermone nostro: qui forte cum minus auribus
animo tamen plus erit salutaris.

Erat animus mihi, de sacerdotalis ordinis sub-
limitate, nonnihil ad presens, sacerdotibus in medi-
um proferre: quatenus status ipsius celsitudinem
considerantes, eam conseruarent uitæ sanctimoni-
am, quæ tantæ sublimitati congruat: quo minus a
domino, tanto aliquando culmine iudicentur indig-
ni. Quod ubi penes me decreuissem: ecce ex inspe-
rato, euersum funditus, eradicatumq; ferme sacer-
dotium inuenio: ut q̄ maxime necessarium iudicem
(adiutrice Christi gratia) rursus statuere illud,
atq;

atq; altissimis
circa ramos,
oculum appo-
Cum uero om-
pus modo sit
mus & mitte-
gratia: glorie
param uirgi-
cam salutatio-
ria, Gratia p-

V En-
tres,
ssa, Martini
legens, non p-
gente charita-
sacerdotio C-
bam: exstim-
centro, aut fo-
mags q̄ a L-
non mihi pe-
(quantum u-
dum uirulen-
tam deniq; a-
aut suspicari
bellum hunc
Duxi nec

atq; altissimis implantare radicibus, ut non tam
circa ramos, q̄ ad radices, considerationis nostræ
oculum apponere, ad presens opereprectum fuerit
Cum uero omnia tempus habeant: plantandiq; tem
pus modo sit sacerdotij nostri, quo rigare possi-
mus & mittere stercora. Igitur pro impetranda
gratia: gloriosam illam inuentricem gratiæ, dei-
param uirginem ad eam: supplicesq; illi angeli-
cam salutationem offeramus: dicentes, Aue Ma-
ria, Gratia plena, etc.

Eccle. iij.

Luce. i.

VENIT in manus meas, Viri Pa-
tres, codex sacrilegus de Abroganda Mi-
ssa, Martini Lutheri pre se ferens titulum. Quem
legens, non potui non esse animo percitus: dum ur-
genti charitate Christi, obprobria exprobrantium
sacerdotio Christiano, super me cecidisse reputa-
bam: existimans libellum hunc: aut in ipso inferni
centro, aut forte in lateribus Aquilonis, a Lucifero
magis q̄ a Luthero æditum esse. Quandoquidem
non mihi persuadeo, humanam maleuolentiam
(quantumuis acerba fuerit) tam ad maledicen-
dum uirulentam, tam impudentem ad mendacia,
tam deniq; ad blasphemias infrunitam credi posse
aut suspicari. Vt diabolicum iure dixerim li-
bellum hunc ipsum, non humano ingenio æditum.

Duxi necessarium, quædam ipsius libelli uerba

A iij ad pre-

ad præsens in medium afferre: quatenus quorū
sum nostra dirigatur intētio, quoue oratio decura
rat agnoscentes, ea quæ dicuntur accipiatis grati
us, quo huic negotio ymmo necessitati magis oport
tuna uideritis,

Luther,

Martini Lutheri (plane hostis Ecclesie) uer
ba sunt, folio. iij. facie. ij. in fine, quæ sequuntur.
Agite uos egregij sacerdotes: producite nobis
unum iota, aut unum apicem, ex uniuersis Euange
lij, aut Epistolis Apostolorum, uos esse aut dici de
bere sacerdotes præ cæteris, aut ordinem uestrum
esse sacerdotium diuersum, a communi sacerdotio
Christianorum. Quin producitis? Audetis ne sur
de ymagines? Ite ad Parrisienses quæso, qui pro
Scripturæ testimonio, ponant suum magistrale sen
timentū, Hec propositio est hæretica, & ordini sa
cerdotali cōtumeliosa. Tum hoc sentimentum, esto
uobis principium fidei. Vnde ergo habemus uos ydo
lorum sacerdotes? Cur nomen cōmune aufertis no
bis, & uobis arrogatis? Nonne sacrilegi estis, &
blasphemi, in uniuersam ecclesiam dei: qui nomi
ne sancto & communi uiolenter alijs ablato, abuti
mini ad tyrānidem, et pompam auaritiæ et libidinis
uestre? Iterum dico. Idola mundi: unde uos habe
mus sacerdotes? Proferte testimonium pro uobis:
non onera intollerabilia orbis terrarū. Sacerdotes
non estis: & sacerdotes uos ipsos appellatis. Videte
quid mereamini i signes uos raptors & hypocrite

Hactenus
diffe, a Karo
um Christiano
matensibus c

Quis qua
facis huius b
sua nō scider
patientiss ma
bas dei in ur
lum us q; cla
datum, blasp
uirus, quouis
rescat? Quis

Dudum
euertisti om
in Anaxagor
in te c t red
(ut uocant
dei uenerabi
quibus Eccle
norauit, com
tor abieisti.

Quid quæ
a turca disti
ge tuleris se
Prorsus uel
triam, te ca

Hactenus ille (olim & a maximo in orbe Pon
tifice, a Karolo Imperat. re, concordibus principi
um Christianorū per Germaniam uotis: in VVor
matiensibus comitijs) damnatus Mart nus.

Quis quæso Viri Patres, ad tantas impij Rap
facis huius blasphemias: cum Ezechia uestimenta
sua nō sciderit? Aut quæ mens (licet p. e. t. s. ma
patientiss. maq;) hæc sacrosanctæ eccles. & probra
bas dei in. urias, & qnanimiter ferat? Quis nō in coe
lum usq; clamet: liguam illam doctam loqui men
datum, blasphemam, hæreticam? Quis pestiferū
uirus, quouis aconito lurido execrabilus nō exhor
rescat? Quis hominem proteruum & prouicacem

Dudum Luther leuasti atq; (non excretur?
euertisti omnem eccles. decent. ssum ordinē, &
in Anaxagoricum omnis confusionis chaos, quod
in te er. t. redux. sti. Ceremonias ac dei. exteriorem
(ut uocant cultum) abegisti. Omnem sai. etor. umi
dei uenerabilem memoriā pepulisti. Sacramenti
qubus Ecclesiam suam Christus ac sponsam oppig
norauit, commaculasti. Dies festos patrios t. mer. a
tor abiecasti. Quo tandem nos ducis?

Quid quæso dcinceps supererit residuum, quo
a turca distinguas Christianum. s. (ut cepisti) iu
ge tuleris sacrificium: sacerdotium abegeris?
Prorsus uelut in originem in gentilitatis idola
triam, te cæco duce premo, precipites ibimus.

A iij Aus

Esaiæ
XXXVII

quatenus quor
te oratio decur
accipiatis grati
ati magis opor

is Eccles. & uer
que sequuntur.
producite nobis
niuersis Euange
s esse aut dici de
ordinem uestrum
muni sacerdotio
Audetis ne sur
quæso, qui pro
n magistrale sen
tica, & ordini sa
nt. mentum, esto
abemus uos ydo
nune aufertis no
icrilegi estis, &
n dei: qui nomi
lijs ablato, abuti
ritiæ et libidinis
e: unde nos habe
nium pro uobis:
ari. Sacerdotes
ppellatis. Videte
rcs & hypocrite

Aut forte in Machumeticam sectam, aut in nouam aliquam prodigiosam, inferis ac superis incognitam irreligiosam religionem. Verum dum optime congruat saxum petrae, nos saxos a petra Christo minime diuelles.

Psal. Cxi.

In Christi nomine, spiritualia aduersum te arma, suscipimus: Sacerdotium nostrum, ipso adiuuante uindicaturi, pariterq; Missae sacrificium illi batum, a caninis morsibus tuis tuituri: ut uideas peccator & irascaris, dentibus tuis fremas & trespescas, quia desiderium peccatoris peribit. Non nos deinceps absterrebit, conuitorum tuorum, scommatum, calumniarum & iniuriarum tuarum multitududo: quibus uelut squamis undiq; sese prementibus, Cetus ille (diabolum loquor) te armauit. Nos non conuitijs aut iniurijs, uerum scripturis magis, nostra tuebimur: scientes, non esse Christiani instituti, calumnijs & conuitijs contendere. Neq; tamen Christianae mentis erit, Christi & Ecclesiae iniurias dissimulando, penitus conticescere aut tacendo probare. Itaq; cum mentis meae non sit cuiq; mordacius iniuriando respondere: Zelus tamen domus dei, commedens me, non me patitur penitus obmutescere,

Parcite uiri patres pro uestra modestia, sicubi modum excessero. Charitas enim plerumq; nescit modum. Vrget nos (ut audistis) inimicus Christi,
hostis

hostis Ecclesie
proferre: si
ano, uolens n
uocat) sacer
constituat ex
tem. Ex adu
ex scripturis
refellere pot
onis figmen
sum nos, ex
uole q; neq
Igitur q
Iota, aut ap
licis scriptis
sit Ecclesiae
Phariseis (e
etiam oculo
turae textus
ne inops in
no contextu
bi aperio ia
rint hios. xij
sunt: idem
tionum sum
operationu
omnia in or
alibus mun

hostis Ecclesie, cōtemptor patrum, degener filius
proferre: si quid habemus pro sacerdotio Christi
ano, uolens nullum esse externum & uisibile (ut
uocat) sacerdotium. Exinde plebea multitudini, ut
constituat externum sacerdotium, confert potesta-
tem. Ex aduerso nos, & exteruum sacerdotium,
ex scripturis & quidem eis, quas nec aduersarius
refellere poterit statuemus: simul & plebea electi
onis signa prosternentes. Deinde quæ aduer-
sum nos, ex scripturis adducere uisus fuerit, q̄ si
uole q̄q; nequiter adduxerit: ostendemus.

Igitur quid tibi uis Luther, q̄ unum dumtaxat
iota, aut apicem unum ex Euangelij atq; Aposto-
licis scriptis, tam anxie queris: quo constitui pos-
sit Ecclesie sacerdotium? Num usq; adeo cum
Phariseis (quos cæcos, Saluator redarguit) tuos
etiam oculos, diabolus clausit: ut integros scrip-
turae textus non uideas? Tu unum queris iota, ego
ne inops in hac parte uidear, integrum tibi oppo-
no contextum. Tu foramen petis: & ecce totam ti-
bi aperio ianuam. Apostolum audi, priore ad Cho-
rinthios. xij. ita scribentem. Diuisiones gratiarum
sunt: idem autem spiritus. Et diuisiones ministra-
tionum sunt: idem autem dominus. Et diuisiones
operationum sunt: idem autem deus, qui operatur
omnia in omnibus. Quo in loco, de diuersis spiritu-
alibus muneribus, & tamen ad unitatem consonis

Math. XV

i, Cor. xij.

A V rem plane

rem plane magnam & diuinam, ab d' tamq; Pan-
lus nos edocuit. De ipsa carne, si multitudinem no-
bis dedit: cuius artificem Deum, cum hæc loquera-
tur, non tacuit. Nunc autem posuit deus membra
singula: unum quodq; eorum prout uoluit. Si au-
tem fuissent omnia unum membrum ubi corpus?
Nunc autē multa membra unum corpus, si ullam
dico Christiana, fides, ut credatis Apostolo: sed si
ullus sensus humanus in uobis est, ut manifesta cer-
natis: unusquisq; hæc apud se uideat atq; conside-
ret: q̄ uera, q̄ certa sint hæc, q̄ in paruo magna: ut
per hæc infima quæ uidentur, possit facilius sub-
limia illa, quæ non uidentur intelligi. Horum ergo
membrorum & nostri corporis, quæ sc̄ commen-
dat, sic laudat Apostolus: qui suis artificem deum
negat, uidetis cui contradicat: annuncians nobis,
preter id quod accipimus?

Quid ergo opus est ut a me redatur, potius
q̄ ab omnibus Christianis anathematizetur: de-
us inquit operatur omnia in omnibus. Ipse diuisio-
nes gratiarū in Ecclesia constituit & ministratio-
num. Ordo quidē satis conueniens sibi. Neq; enim
ministratiōes diuersæ esse poterāt, nisi gratiæ præ-
intelligantur diuersæ: quemadmodum neq; opatio-
nes distinctæ, nisi pro ministeriorū uarietate Deus
in q̄ diuisit hominibus gratias: qui soli Christo nō ad-
mesuram dedit spiritum. Est enim ille fluuius, ad
irrigandam

Iohan. iij.
Gene. ij.

irrigandam
noluptatis eg-
peregre prof-
nis suis diuer-
unicuiq; sec-
in altū, & ca-
dona homini-
nū atq; opati-
Apostolus. Se-
uera quæ præ-
quosdam pos-
deinde prop-
ther: quia I-
stros, utiq; n-
consequutos
existimet hor-
tores minist-
eis scriptis
clesiæ. En A-
negabis fors-
pensatores
teris.

Sed qui
ualet in Eco-
rem ministr-
habes dispo-

abd' tamq; Pan
nilitudinem no
um h.ec loquere
t deus membra
ut uoluit. Si au
m ubi corpus?
corpus, Si ulla: nō
Apostolo: sed si
t manifesta cer
eat atq; conside
ruo magna: ut
t facilius sub
q;. Horum ergo
uæ sc commen
artificem deum
uncians nobis,
at guatur, po
matizetur? de
us. Ipse d. u. ho
et ministratio
ibi. Neq; enim
si gratæ præ
um neq; opatio
uarietate Deus
d. Christi: nō ad
ille fluiuis, ad
irr: gen

irrigandam uniuersam paradysum, a loco summe Luce XV
noluptatis egressus. Ipse Euangelicus ille rex: qui IIII.
peregre profectus, accipere regnū & reuerti, ser
uis suis diuersarum gratiarum mnas distribuit:
unicuiq; secundum snam uirtutē. Ascendens enī
in altū, & captiuā secum ducens captiuitatē: dedit
dona hominibus. Gratiarū uidelicet et ministratio
nū atq; opationū dona: de quibus hoc loco loquitur
Apostolus. Sed quæ i quis hæc diuisa ministeria: Re
uera quæ profectus Apostolus, subintulit. Quia
quosdam posuit Deus in Ecclesia, primū Apostolos
deinde prophetas, exinde & doctores. Audis Lu
ther: quia Deus posuit in Ecclesia, primū Apo
stolos, utiq; ministros in hoc participium gratiæ
consequutos sicut quidam ex ipsis dicebat. Sic nos
existimet homo, ut ministros Christi: & dispensa
tores ministeriorum Dei. Postulabas ex Apostoli
cis scriptis unum iota pro sacerdotio externo Ec
clesiæ. En Apostolatū habes a Deo institutū. An
negabis forsā Apostolos fuisse sacerdotes? At dis
pensatores, ministeriorum dei, negare non po
teris.

Sed quid quæso aliud sacerdotis uocabulum,
ualet in Ecclesia: nisi ut intelligam dispensato
rem ministeriorum Dei? Habes ergo Apostolos:
habes dispensatores. Hos dicimus sacerdotes
primum

Ephē. iij.
Psal. CLX
VII.

i. Corin. iij

primum positos, sed a deo. Quo uerbo ordinē Ec-
clesiæ, ita commendari uideo, ut non tam tempo-
ris successione primum positos intelligas: q̄ dig-
nitate precellentiores. Veluti si in corpore oculum
aut certe caput ipsum primum positum dixeris:
quod cæteris prestat membris Deus dedit illos Apo-
stolos & Apostolicos sacerdotes: tu uero id negas?
Negas plane folio. iij. facie. ij. ita scribens, Certus
inquis esto, et nulla psuasione falli te sinas, quisquis
esse uoles pure Christianus: nullum esse in nouo
Testamento, uisibile & externum sacerdotium.
Hæc ille.

Luther.

Mensing

At te quaeso Luther, esto propicius Apostolis
ut hos sacerdotes & dispensatores ministeriorum
dei esse concedas. Vel Paulum, quem unicum doctri-
næ tuæ columen putas: sacerdotem esse per mitte.
Parce deo qui quosdam dedit (non omnes) Apo-
stolos. Reliquis interim dispensatoribus ministerio-
rum dei, quos uisitato uocabulo presbyteros: aut sa-
cerdotes appellitamus: laycorum odium ita ut ce-
pisti conciliare labora: ut tandem laues manus tuas
in sanguine illorum. Velis nolis, Luther: a deo
hic ordo in Ecclesia fuit, est, & erit, Apostolo teste:
qui primum Apostolos posuit, non electos a plebe.

Sed nunquid corporaliter, nobiscum semper
esse poterant Apostoli? Scio quia quidam ex ipsis
dicebat. Cupio dissolui & esse cum Christo: sed ma-
nere in

Philip. i.

nere in carna-
quidem: sed q̄
quid ad hoc t
nunquid ipsi
clesia? Nequ
qua regna a
astis: nati su
nati sunt tibi

Patres C
per Euangel
ait. Filioli me
tur Christus
ego uos genu
pro Apostoli
te putes desc
Paulum nō h
es, cernis. Pr
patribus tuis
cipes super

Agnosca
& heretici:
antur in tem
us collocauit
phetarum, ub
eos principes
ram. Verum
therus, non E

ro ordinē Ec
non tam tempo
elligas: q̄ dig
corpore oculum
positum dixeris:
s dedit illos Apo
uero id negas
scribens, Certus
e sinas, quisquis
um esse in nouo
sacerdotium.

icius Apostolis
s ministeriorum
a unicum doctri
n esse permitte.
n omnes) Apo
ribus ministerio
sbyteros: aut sa
dum ita ut ce
caus manus tu
Luther: a deo
Apostolo testis:
electos a plebe.
iscum semper
uidam ex ip[s]is
Christo: sed ma
nere in

nere in carne, necessarium propter nos. Dixit hoc
quidem: sed q̄ diu potuit manere in carne? Nun
quid ad hoc tempus nostrum aut in posterum? Sed
nunquid ipsius aut aliorum discessu, deserta est Ec
clesia? Nequaq̄. Sed pro patribus tuis, o Ecclesia
quæ regina a Christi dextris in uestitu de aurato
astas: nati sunt tibi filij. Quid est pro patribus tuis
nati sunt tibi filij?

Patres Christianorum, missi sunt Apostoli. Ipsi
per Euangelium nos genuerunt, sicuti unus illorū
ait. Filioli mei, quos iterum parturio: donec forme
tur Christus in uobis. Et iterum. Per Euangelium
ego uos genui. Pro his patribus nati sunt filij, quia
pro Apostolis, constituti sunt Episcopi. Non ergo
te putes desertam, quia non uides Petrum: quia
Paulum nō habes: quia non cæteros per quos nata
es, cernis. Prole tua ipsa tibi creuit paternitas. Pro
patribus tuis nati sunt tibi filij, Constitues eos prin
cipes super omnem terram.

Agnoscant hæc qui præscisi sunt, Scismatici
& heretici: redeant ad unitatem, adduci se pati
antur in templum regis. Templum suum ubiq̄, de
us collocauit, fundamenta Apostolorum & Pro
phetarum, ubiq̄ firmavit. Filios genuit, constituit
eos principes pro patribus suis, super omnem ter
ram. Verum non ingreditur in templum regis Lu
therus, non Ecclesiasticam amat unitatem: supra
pinna

Psal. xliij.

Gala. iiij.
i. Cor. iiij.

Psal. xliij.

Iob. xli.

pinnaculum templi, a diabolo uectus obambulat,
super omnem ecclesie principatum, Nimirum cui
ius oculi, cum Bohemod omne sublime uident: nul-
lum patitur superiorem: forte mox similis futu-
rus Altissimo

Psal. xliij.

Conferant huc sua Lutherani, & ueluti ad lu-
men Apostolicae doctrinae, sese considerent: indeq;
errorem suum recognoscant. Dicit Apostolus.
Nunquid omnes Apostoli? Dicit Psalmista. Pro-
patribus, Apostolis, nati sunt filij. Episcopi. Con-
stitues eos principes super omnem terram. Sub om-
ni terra, Luther sacerdotium & Apostolatum om-
nem constituisse uidetur: qui plebi & terrestribus
hominibus, pro libitu instituendi desituendiq; pon-
tificis potestatem contulit. Dicam, potestatem contu-
lit plebi: an potius sacerdotium & Apostolatum
omnem ademit?

Sei nos cum Apostolo & ab Apostolo edocti
dicimus. Nunquid omnes Apostoli? Nunquid om-
nes Christiani, Episcopi? Siquidem diuisiones mi-
nistrationum sunt Lutherus dicit, ymmo omnes
Christiani, Episcopi, omnes Pape: omnes in unum
sacerdotes, Christiani omnes. Nulla eni inter pres-
byterum (quem etate potius q; moribus, seniore
appellat) & Episcopum, apud Lutherum distan-
tia est. Paulus negat omnes Apostolos, ac proinde
negat omnes aequae presbyteros & Episcopos Lu-
therus contra affirmat, omnes Christianos Epis-

copos: qui pr-
ristianus esset
eius manifesta
nem, infra lati
axiomate, dan
lo, credemus L
tendens, Episc
ubi eru. t supe
copi Luther a
tendaut, quom
nes Christiani
bus, in hijs, qu
cet autem Ap
nibus assump
deum sunt co
therus, omni
ministerium
tur enim nec
Qua enim a
cie. ij. & folio
luit, istiusmo
gratiam eam
tionem tamen
luis nuncupat
Etis a popul
Lutherus op
tam a deo q

copos: qui prius nobis insultauerat, quia nemo Ch-
ristianus esset Episcopus aut sacerdos. Sed hanc
eius manifestam, et inexcusabilem contradictionem,
nem, infra latius explicabimus. Cui quaeso in tanto
axiomate, danda fides? Num pretermisso Aposto-
lo, credemus Lutheri? Absit. Profecto si super in-
tendens, Episcopus est, si omnes aequae Episcopi,
ubi erunt super quibus intendunt, hij conficti Epif-
copi Lutherani? si nemo fuerit super quibus in-
tendunt, quomodo Episcopi dici poterunt? Si om-
nes Christiani, aequae sacerdotes: ubi erunt pro qui-
bus, in hijs, quae ad deum sunt constituentur? Do-
cet autem Apostolus, quia omnis pontifex ex homi-
nibus assumptus, pro hominibus in hijs quae ad
deum sunt constituitur. Sed licet inquit Lu-
therus, omnes Episcopi sint: exequi tamen
ministerium, non incumbit omnibus. Eligan-
tur enim necesse est a plebe, ut uitetur confusio.
Quae enim a deo sunt: ordinata sunt. Folio. xi. fa-
cie. ij. et folio. xij. facie prima. Sed quod dicere uo-
luit, istiusmodi est. Licet ministri sint omnes, quia
gratiam eandem consequuti sint omnes: execu-
tionem tamen ministerij, quam operationem Pau-
lus nuncupat non habent omnes, Nempe solis elec-
tis a populo, traditam assignans. Fatetur ergo
Lutherus operationum quidem diuersitatem, non
tam a deo quam a plebe sacerdotibus concessam:
quam

Hebr. V.

Luther.

Mensing.

quam Paulus a deo esse asseuerat. Gratiarum nero
& ministracionum Luther unitatem docet: nil ue-
ritus, q̄ Paulus diuisiones asserit, & gratiarum
& ministracionum. Quis hoc loco nõ apertissime
uideat, Paulum potius q̄ Lutherum audiendum?
Non ergo eandem sunt assecuti omnes Christiani
gratiam: quantumuis baptizati & sacerdotij
Christi participes effecti. Non eandem ad ministra-
tionem habent omnes: ut neq̄ eadem operatio om-
nibus congruat.

Luther.

Sed parumper & Lutherum (q̄ sit ab hac A-
postolica sententia alienus) audiamus: folio .xij.
facie prima, ita loquentem. Hoc inquit dixisse con-
tenti, Christianum populum esse simplicem, in quo
prorsus nulla secta, nulla differentia personarum
nullus laicus, nullus clericus, nullus rasis, nullus
unctus, nullus monachus esse debeat: sed sine ullo
discrimine, omnes uel coniugati uel celibes arbitrio
quicq̄ suo: sicut modo in ciuilibus communitatibus
uidemus naturaliter fieri. Episcopi uero seu pres-
byteri, seu seniores, seu diaconi, prorsus nulla re
differre debent a ceteris Christianis: nisi solo offi-
tio uerbi & sacramenti. Sicut senator, nulla re
differt a ciuibus suis, nisi officio regende ciuitatis,
Huc usq̄ Luther.

Mensing.

Miror reuera, q̄ iste tantus Christiane unita-
tis, & simplicitatis fictus amator, dum omnem
perfo

personarum di-
uadere nititur
cum dicat Apo-
culus neq̄: sam-
clericos, rasis
enumerauerit.
nes & pueros.
brios, probos &
Eque enim se-
rasi non rasi:
existentem in fi-
quid addat Lu-
Qui autem
tem sciderunt
rasis. Et post
Ecclesiam &
serpentina, s-
a simplicitate
ille.

Quod se-
sos, sacerdote-
ris, qua nos q-
bros & Pelli-
una ciuitatis
Proconsuli, t-
uitatis tamen
splendet nec

Gratiarum uero
item docet: nil ue
, & gratiarum
o nō apertissime
um audiendum
omnes Christiani
i & sacerdotij
idem ad ministra
em operatio om

(q̄ sit ab hac A=
amus: folio .xij.
quit dixisse con=
mplicem, in quo
tia personarum
us raso, nullus
at: sed sine ullo
celibes arbitrio
communitatibus
i uero seu pres=
rorus nulla re
is: nisi solo offi=
mator, nulla re
gendæ ciuitatis,

Christiane unita=
, dum omnem
perfo

personarum differentiam in populo Christiano dis
uadere nititur, sexus differentiam non taxauerit
cum dicat Apostolus. In Christo Iesu, non est mas=
culus neq; fœmina. Et dum sectas facit, laicos & **Gala. iij.**
clericos, rasos & non rasos: mirum, cur sectas nō
enumerauerit, etiam coniugatos & uiduatos, se=
nes & pueros, ethiopes & germanos, ebrios & so=
brios, probos & improbos, albis uestitos & rubeis
Eque enim sectas facient, ut oleati & non oleati,
rasi non rasi: ut tandem eundem hominem secet,
existentem in foro, a seipso existente in templo. Sed
quid addat Luther audiamus.

Qui autem sectis introductis, hanc simplicitate **Luther.**
tem sciderunt, in laicos & clericos, in rasos & nō
rasos Et post pauca. Hij sunt qui auctore sathana
Ecclesiam & scripturam uiolauerunt, & astutia
serpentina, sensus Christianorum corruperunt:
a simplicitate fidei quæ est in Christo Hactenus **Mensing.**
ille.

Quod sectas Luther rasos appellas & non ra
sos, sacerdotes & monachos: ea sane ratione fece=
ris, qua nos quoq; Cerdones, ac Comentarios, Pa
bros & Pelliparios sectas appellauerimus: qui in
una ciuitatis concordia pace, uni obsecundantes
Proconsuli, tametsi non de uno uiuant artificio: ci
uitatis tamen utilis quidam decor, ex eorum re=
splendet necessaria uarietate. Frustra igitur, di=
B uersi

ueritatem opponis Statuum & Offitiorum Eccle-
sia, ut quidam rasi, ceteri non rasi sint, quidam
presbyteri, nonnulli Episcopi, ceteri monachi: quæ
admodum neq; sectas faciunt ciues et proconsules
rex & populus. Qui si uni illi, omnium pastori, cui
oues suas Christus: Pastor pastorum credidit, non
subessent: forte quos diuersos arguis, scidisse uni-
tatem calumniari poteras. At dum in unitate fidei
spei & charitatis, manet dictorū Statuū & Offitio-
rum (quæ obtendis) diuersitas, Ecclesiæ decētissima
pulchritudo in ipsa uarietate: plurimū cōmendatur

Vide autem quæ aperte, in uerbis supra citatis,
Apostolus quoq; priorē ad Cor. xij. id ipsum doceat,
i. Cor. xij.

Si omnia unum membrum, ubi corpus est
Nunc autem multa membra, non eundem actum ha-
bentia, unū corpus efficiūt. Quod si sectæ cuiq; ui-
dentur: quia hic oculus est in mystico Christi corpe:
ille pes aut manus: ubi manebit corpis itegritas?
Sumus autē in unum corpus baptizati, multi multa
membra, situ, figura & offitio diuersa. Posuit
i. Corin. xij autē deus, mēbra in cope, unū quodq; prout uoluit.

Nūquid nō habet potestatem tanq; figulus de eodem
luto facere uas, ut placitum fuerit illi? Nūquid pes
aduersus oculos causabitur, se ifimo loco positum?

Simile.

Nōne diuersis ornatiū floribus pratium & gratius
est oculis, & redolet iucundius: arenoso quocūq; li-
cet unicolore a gro? Si nō obest unitati a gri grata
& amena florū uarietas, quō unitatē ecclesiæ non

potius cōmen-

Quomo

heliter quas

ta ē a domio:

gis separati

quisq; fungit

uero sectas

per quas ecc

concesserim

scissura, et Sa

pem agnouim

decem anni l

tum, id ipsum

scismata: Sed

Vna fides, un

rū unanimi

uiuificatur c

rat: Donec tu

incētor sur g

lari gloriati

ne Euāgelico

hij Christian

nomine mini

id ipsum nol

Sed addit

Luther ubi f

nullū sectæ u

ter enī senior

potius cōmendabit. Statuū & officiorū diuersitas

Quomō nō sectæ erant, duodecim tribus Isra-
hel: iter quas precipue separari tribus Leui precep-
ta ē a domio: Si absq; scissura sacerdotes ueteris le-
gis separati sunt a plebe, quomō scissuram dicis, dū
quisq; fungitur in ecclā statu & officio suo: Quod
uero sectas (authore Sathana) dicis introductas,
per quas ecclesiastica unitas scissa est: libenter tibi
concesserim Verū te primū & ante omnes, in hac
scissura, et Sathane ministrū, & sectarum princi-
pem agnouimus & antestignauim. Ecce enim necdū
decem anni lapsi sunt, & secundū Apostoli precep-
tum, id ipsum diximus omnes, & nō erant in nobis

Num. VII.

scismata: Sed quod alibi idem mandat Apostolus. Ephe. iiij.
Vna fides, unū baptisma nobis erat: ut ex membro
rū unanimi cōcordia, Spiritus sancti (unde Christi
uiuificatur corpus) presentia facile dignosci potue-
rat: Donec tu Sathane minister, sectarū et diuisionis
incētor surgēs: eos qui tot seculis Christiani appel-
lari gloriati sunt: nūc contēpto gloriofissimo nomi-
ne Euāgelicos appellasti. Quis autē nō uideat, dum
hij Christiani dicti sunt: & manēt, reliqui uero hoc
nomine minime cōtenti, Euāgelici dici malint. non
id ipsum nobiscū dicere scismata oriri: ut p te scis-

Sed addit adhuc (mata exorta nemo nō uideat Luther.
Luther ubi supra. Et ideo Episcopi & presbyteri
nullū sectæ nomē habent, sed tantū officij. Vt presbi-
ter enī seniorē episcopus uisitorē significat. Hec ibi

Mensing. Hic mihi uel psitacum audire uideor u^t picam
Iohan. iij. humana uoce loquentem. Aut forte Caypham, aut
Nume. xxij asnam Balaam, ueritatis quidem uerba (licet ni-
hil intelligentes) proferentem . Ita Luther, uerita-
tem pro nobis ipse fatetur .

Quid enim aliud Romanus agit Episcopus,
dum sese seruum seruorum Dei scribit: nisi quia
ministerij sui, officij sui, dispensationis deniq;
Roma. xij. suae conditionem, humiliter recognoscit? Sic cate-
ri Episcopi, dum aut superintendentes, aut ut ma-
ius uisitatores se itelligunt, in sollicitudine preesse

Luther. (ut mandat Apostolus) discunt. Luther. Ex qui-
bus nunc dignitates & Status, fecerunt impij &
scismatici homines, Paulus alias dispensatores mi-
nistros Christi: seruos Dei, prepositos uocat. Hic

Mensing. te oro Luther (si quid humanae rationis in te su-
per est) dicas: quomodo consequens est nullam
esse dignitatem, ut sit quis dispensator ministerio-
rum Dei, minister Christi: seruus Dei, & prepositus
Ecclesiae Dei? Olim Paulus gloriari coactus:
sic gloriatus est. Ministri Christi sunt: & ego etc.

ij. Cor. xij. Dignitas ne tibi uidetur: unde gloriatur Apo-
stolus? Qui bene presunt presbyteri (alibi ait) du-

Hebre. xij.plici honore digni sunt. Hos subiecti honorant pos-
Petri. ij. puli, moniti ab Apostolo ubi ait. Obedite prepositis

Roma. xij. uestris & subiacete eis: ipsi enim peruigilant qua-
si rationem reddituri pro animabus uestris. Si om-
nes ho-

nes honorare te
nre: quare no
Ipsi enim Chri
torum in offit
cessores preci
merito prelat
li, duces & pa
rum uideri po
potestate in r
test, quin qua
soluta & in c
q; potentiam.
potius a Deo

Est prae
cum angelici
mines cum su
ra tamen test
dem in Apo
rifica, seden
rum instruce
Asia, septem
se appellat.
pontificia di
sedentis in t
quit stellae, s

Hij sunt
des constitu

idcor ut picam
Caypham, aut
erba (licet ni =
Luther, uerita
gt Episcopus,
ribit: nisi quia
sationis deniq;
ofcit? Sic cate
tes, aut ut ma
titudine preesse
Luther. Ex qui
erunt impij &
pensatores ml
tos uocat. Hic
ionis in te su
ens est nullam
or ministerio =
dei, & prepositi
riari coactus:
nt: & ego etc.
riatur Aposto =
alibi ait) du
i honorant po
dite prepositis
eruglant qua
uestris. Si om
nes ho =

nes honorare iubemur, atq; honore inuicem preue
nire: quare non multo amplius prepositos nostros
Ipsi enim Christi sunt in terris uicarij. sunt ange
lorum in officio socij. sunt Apostolorum Christi suc
cessores precipui, sunt huius mundi principibus
merito prelati. Sunt deniq; totius Christiani popu
li, duces & pastores solliciti, Arbitror ego nulli pa
rum uideri posse, Christi gerere uices in terris: &
potestate in regno caelorum uersari. Negari nõ po
test, quin quaecunq; soluerint super terram: erunt **XVIII.**
soluta & in caelo. An forte hanc ligandi soluendi =
q; potentiam, populus dabit sacerdotibus: & non
potius a Deo eam accipiet?

Est praeterea, illa presidentibus Ecclesiarum,
cum angelicis spiritibus ueneranda societas: ut ho
mines cum sint, & ex hominibus assumpti, scriptu
ra tamen teste, nonnunq; angeli uocentur. Siqui =
dem in Apocalypsi Iohannes, uoce admodum ter = **Apoca. ii**
rificata, sedentis in medio, candelabrorum aureo =
rum instructus, septem pontifices, qui in minore
Asia, septem Ecclesijs praerant, angelos manife =
ste appellat. Quos etiam ut magis eluceat magisq;
pontificia dignitas: per septem stellas, in dextera
sedentis in throno signatos comemorat. Septem in
quit stellas, septem angeli sunt, septem Ecclesiaru.

Hij sunt muri Hierusalem, super quos custo = **Esai. lxij.**
des constitutos, olim Propheta praedixerat Super

B ij muros

Iohan. xiiij.
Apoca. xxi

muros (inquit) muros Hierusalem constitui custodes,
Super muros (inquit) illius Hierusalem, quæ est ciui-
tas sancta, uisio pacis. Cui Christus pacem (ait) re-
linquo uobis, pacem meam do uobis. Quæ & miri-
fice adornata, e caelo descendisse Iohanni uisa est
Apostolo. Hij plane sunt muri, quorum officium sit
aduersus hostium a foris irruentium incursum, sese
pro domo Israhel opponere. Muri uiui & rationa-
les, qui fidelium ecclesiã (precioso Christi redempti
sanguine) aduersus tyrannorum incursum, perui-
gli circumcingunt custodia, nõ minus canentes, ne
quis insidiator noceat domesticus, sane doctrine
corruptor, hereticus, qui huius Hierusalem ciues
ingenuos (minus autem cautos) mille dolis & arti-
bus, hostiles in manus tradere satagat. Nũquid pu-
tamus eam curam nõ sollicitare sacerdotes & epis-
copos nostros? Hijs muris, angelicos spiritus, cus-
todes suppositos Esaias describit: quia sacerdotũ
& ecclesiarũ (in hijs quæ ad deũ attinent) sunt mi-
lam uero quantæ sit gloriæ (nistri assidui
Apostolico senatui succedere (quod de nostris epis-
copis negare, nisi i sanus, nemo potest) quis facile di-
xerit? Quis nõ uideat maximos extimandos, qui in
regno Christi, post maximos accipere sortẽ? Dicen-
te Propheta, id quod supra citauimus Pro patribus
tuis nati sunt tibi filij. Et rursum David. Mihi autẽ
nimis honorati sunt amici tui deus. Qui inq̃ hij ami-
ci tui

ei tui deus? No-
uos sed amico-
tatis est, ut in-
Vsq; adeo inq̃
modo plebs in
episcopis nũc
& regum exo-
rendos, atq; in-
tert, pro eo q; in
sue ad ligand
pum, tum reg
An non fu-
dosio, Roman
diuus Presul-
equanimiter
buisse gratia
spurcissime L
putas habẽdo
principes ess
ria cupidissi
milor inuen
ladum cũcti.
At nos
prepositis no-
cos potestices
rũ successore
q̃mur: dicete



constitui custodes,
em, quæ est ciui-
s pacem (ait) re-
is. Quæ & miri
Iohanni uisa est
orum offitium sit
um incursum, sese
uiui & rationa-
Christi redempta
incursum, perui-
mus canentes, ne
, sane doctrine
Ierusalem ciues
lle dolis & arti-
agt. Nūquid pu-
cerdotes & epis-
cos spiritus, cus-
quia sacerdotū
tinent sunt mi-
(nistri assidui
d de nostris epis-
st) quis facile de-
imandos, qui in-
re sortis: Dicen-
us Pro patribus
uid. Mihi autē
Qui inq̄ hij ami-
ci tui

ei tui deus? Nonne quibus ais: Iam nō dicam uos scr Iohan. xv
uos sed amicos? Horum principatus, nimis consor-
tatus est, ut incassum illum pellere Luther labores
Vsq; adeo inq̄, cōfortatus est pricipatus eorū, ut nō
modo plebs indocta, nō preterea clerus solus (de
episcopis nūc mihi sermo est) uerū & principum
& regum excellentia: Apostolorū successores reue-
rendos, atq; in Christo patres, appellare nihil dubi-
tet, pro eo q; in suam ditionē, uniuersorum animas
sue ad ligandum siue ad soluendum, cum princi-
pum, tum regum (Christo iubente) acceperunt.

An non fuit admodū reuerendus, ma gno Theo-
doso, Romani imperij moderatori Christianiss mo-
dius Presul Ambrosius: cuius correptionem nedū
equanimiter tulisse, uerum & corripienti ulro ha-
buisse gratiam, certissima tradit memoria? Et tu
spurcissime Luther, absq; dignitate absq; honore
putas habēdos: quos super omnem terram Christus
principes esse uoluit? Alexander ille Macedo, glo-
riæ cupidissimus, humilitatis ignarus, longe te hu-
milior inueutus est, dum Hebreorum pontificem
ladum cūctis admodū mirātibus supplex adorauit

At nos dominico addacti precepto, obedire Hebre. xij.
prepositis nostris, & subiacere eis: cur nō catholi-
cos pōtīfices ueros Iesu Christi uicarios, Apostolo-
rū successores, summis (ut par est) honoribus prose-
quimur: dicēte christo Apostolis eorūq; successoribus Luce. x.

B iij Qui

Qui uos spernit me spernit? Nos interim Prophe-
tam, q̄ te audire maluimus. Præuenerūt (ait) prin-
cipes, coniuncti psallentibus in medio iuenculariū
tympanistriarum. In Ecclesijs benedicite Deo do-
mino, de fontibus Israhel. Ibi Beniamyn adolescen-
tulus in mentis excessu, principes iuda duces eorū
principes Zabulon, principes Neptalim etc.

ps. LXVII

Præuenerunt inquit principes (nimirum A-
postoli nouum testamentum annuntiantes) ut se-
querentur populi coniuncti psallentibus, de quo-
rum bonis operibus etiam uisibilibus, tanq̄ organis
laudis, glorificaretur deus. Remitto ad beatum
Augustinum exponentem: quæ sequuntur, Nos
hæc dixisse, breuitatis gratia contenti: quia etiam
hodie principes iuda, sunt duces populorum, prin-
cipes Zabulon, & principes Neptalim. Hij inq̄ pri-
ncipes iuda, qui in fidei confessione: Principes Za-
bulon, qui in spei fortitudine: principes uero Nep-
talim, qui charitatis dilatazione reliquos antece-
dunt. Notum omnibus puto: quia iudas consistens
dicitur: Zabulon habitaculum fortitudinis, Nep-
talim uero dilatatio.

Quis uero tam cæcus, ut non uideat, ad sacra-
dotes & Episcopos hæc pertinere: ut sub Prophe-
tico sermone comprehensi, minime possint a quoq̄
dubitari? Velis nolis Luther: duces sunt, princi-
pes sunt, principibus mundi prepositi sunt: quos
sine

sine dignita-
sathana (q̄
situate Ch-
dicente Prop-
tus eorum c-
q̄ pro eorum
bus se humili-
serui dici m-
latræ, huma-
bus si quid h-
sicut scripti-
Equiden-
bus dignati-
ta, unum re-
ticorum: ex-
ni, inter ips-
tanto hono-
doquidem
templo a ge-
ficalis nomi-
dem Cesar-
huic rei tan-
aut perhen-
tificatu pot-
rium. Nem-
summa cur-
lum, a foro

interim Prophe
nerunt (ait) prin
dio iuenculari
edicite Deo do
myn adolescens
iuda duces coru
ot alim etc.

(nimirum A
stiantes) ut se
tibus, de quo
myn, tanq̄ organis
itto ad beatum
equuntur, Nos
enti: quia etiam
pupulorum, prin
lim. Hij inq̄ pri
Principes Za
cipes uero Nep
liquos antece
udas confitens
tudiins, Nep

ideat, ad sacer
ut sub Prophe
possint a quoq̄
s sunt, princi
siti sunt: quos
sine

sine dignitate tu esse uoluisti. Non ergo authore
Sathana (quod & tu impie blasphemus) sed in
stituente Christo Opt. afflante Spiritu sancto, prae
dicente Propheta, predicante Apostolo, principa
tus eorum confortatus permanet in eternum. Quae
pro eorum modestia, quo maiores sunt, in omni = Ecclesi. iij.
bus se humiliantes: aut pastores, aut ministri, aut
serui dici malint. Brutales homines, gentes & ido
latrae, humanius de hac re, ac tu sapere. A qui
bus si quid humanum in te erat: discere potuisses,
sicut scriptum est. Interroga iuuenta, & docebunt te Iob. xij.

Equidem suos flamines summis semper honori
bus dignati sunt. Omittens omnia ethnicorum scrip
ta, unum referre liccat ad confutationem scisma
ticorum: exhortationemq; fidelium. Olim Roma
ni, inter ipsa imperij premordia, non parum pro
tanto honoris fastigio, inter se dissiderunt: quan
doquidem cum de consecrando capitolini Iouis
templo ageretur: clarissimi uiri ambiebant, ponti
ficalis nominis honore frui. Chaius Iulius si qui
dem Cesar, is qui postea monarchiam occupauit,
huic rei tam pertinaci proposito incubuit: ut sese
aut perhenni exilio affligere decreuisset: aut pon
tificatu potiri. Nec eum sefellit pertinax deside
rium. Nempe qui obsecundante sibi plebis fauore,
summa cum gratulatione, hunc dignitatis titu
lum, a foro regressus, in domum suam primus in
B V uexit,

uexit: pontifex a populo creatus. Ecce sacerdotium
nihil sanctitatis habens, nihil honoris, de decoris au-
tem plurimum, quanto honore habitum est homi-
nibus.

Malach. ij. Quanti putamus pendendum est sacerdotium
uerum quod Christo facit proximum, pares ange-
lis, succedit Apostolis? An non angelus sacerdos
est, dicente Propheta? Labia sacerdotis custodiunt
scientiam: & legem requirent ex ore eius. Ange-
lus enim Domini exercituum est: Et tu bis misere
nullius dignitatis putas esse sacerdotium, nec ulla
re a populo differre: ut senator nihil differt a ciui-
bus suis. Sed este nihil differt sacerdos a populo,
plusquam senator a ciuibus suis: recte ne concludes,
nulla dignitate distare sacerdotem a populo? Quae-
sote. Senator nulla ne dignitate differt a ciuibus?
Quis tam, amens: ut haec tibi crediderit? Dices,
quia differt officio regendae ciuitatis Tu ego. Dig-
nitas ne tibi uidetur: officium regendae urbis? Dig-
nitas profecto, ne mine reclamante, nisi qui tecum
penitus a sensu communi exciderit. Si angelus Do-
mini exercituum sacerdos est: tu sine honore, ha-
bebis angelum domini? Paulus quod diu (inquit) Apo-
stolus sum gentium: ministerium meum honorifi-
cabo.

Roma. xi.

Lutherus nos culpatur, quod Pauli Apostolatum,
dignitatem esse dicimus, scismaticos inde uocans.
ipse dum

ipse dudum
adhuc Apostolus
Corinth. x. Si
tet iterum ap-
ita & nos. N
ero, de potesta-
in edificatione
scam.

Expende
Si quis inquit
quia & nos
hac parte: q
Verum quod
pius aliquid
theranam co
enim aperte
Christo se a
sunt Christi
Christianum
differentia p

Si per son
Christiano:
pre ceteris
o Paule un
quaquam. S
riatus suero

ipse dudum prescius . Sed manifestius ipsum
adhuc Apostolum audiamus , dicente . ij . ad
Corinth . x . Si quis confidit , Christi esse : hoc cogi-
tet iterum apud se , quia sicut & ipse Christi est : ij . Cor . x .
ita & nos . Nam & si amplius aliquid gloriatus fu-
ero , de potestate nostra , quam dedit nobis dominus
in edificationem , non in destructionem , non erube-
scam .

Expende uerba Apostoli , Christiane lector .
Si quis inquit Christi se esse confidit , consideret :
quia & nos Christi sumus . Sumus igitur pares , in
hac parte : quia Christiani omnes , Christi sumus .
Verum quod adiecit , se non erubesciturum , si am-
plius aliquid fuerit gloriatus : de potestate sua : Lu-
theranam confundit rusticam simplicitatem . Quid
enim apertius dicere potuit : q̄ ut potestatem a
Christo se accepisse fateretur , pre ceteris qui
sunt Christi ? Quomodo stabit ergo populum
Christianum esse simplicem , in quo nulla sit
differentia personarum ?

Si personarum nulla est differentia in populo
Christiano : quomodo potestatem habet Paulus
pre ceteris qui sunt Christi ? Sed potestas hæc
o Paule unde tibi ? Nunquid a populo ? Ne-
quaquam . Sed a domino . Si inquit amplius glo-
riatus fuero de potestate : quam dedit mihi dominus

Non

ce sacerdotiū
s. dedecoris au-
um est homi-
t sacerdotium
n, pares ange-
elus, sacerdos
lotis custodiūt
re eius. Ange-
t tu bis miser-
tium, nec ulla
differt a ciui-
los a populo,
ne concludes,
populo? Que-
fert a ciuibus?
derit? Dices,
s Tu ego. Dig-
dæ urbis? Dig-
nisi qui tecum
Si angelus Do-
ne honore, hæc
(inquit) Apo-
um honorifi-
Apostolatum,
inde uocans,
ipse du



Non ait. Populus me elegit: populus mihi hanc in se potestatem contulit. Quod utiq; dicere necessarium erat: si a populo, Apostolatum suum, Episcopatum & sacerdotium suum accepisset. Sed & in Euangelio, Dominus seruum querit: quem constituat super familiam suam. Audis, quia dominus super familiam suam: ipse seruum suum constituet? Si super familiam, illum constituit: quomodo tu tam simplicem, populum Christianum effingis: ubi nulla sit differentia personarum, nulla dignitas, nullus status? Saltem Christo hoc loco cede: & seruo huic, a domino, non a populo, super familiam constituto, obtemperare memento. At sectas in populo Christi, non uult esse Lutherus. Esto inter carnis opera, deputandæ sunt sectæ: procul a Christi ouili propellendæ. Verum te hic oro Luther, quomodo consequens erit: dum Apostolatum dixerimus dignitatem, mox sectam Apostolatum dici? Si uero secta Apostolatus non est: sacerdotium inde succedens, secta quomodo poterit dici?

Causaberis forsitan, non tales esse nostri temporis Episcopos, quales descripsimus aut quales olim erant Apostoli, atq; hanc ob rem omni honore indignos iudicaueris. Quos & laruas & lupos, pestes & simias, stipites & truncos, ac mille nescio quibus conuitijs appellas. Verum dum absq; discrimine, hunc in modum debacharis: quis non ad mentem id

tiam id tibi affe-
non discernis:
cum impio. Sin-
pos, aut id gen-
sit iudicium, cu-
meris. Saluator
bolus erat. Sec-
Quis putas est
sitet dominu

Paulus qui
rebat, quis fide-
quia pluri mi-
su Christi. Scie-
ducant pastor-
bus de ouium,
dies id nos qui-
dentes uerific-
sacerdos: nin-
uani, mundati-
gentes: ut sec-
quitatem inte-
Num ergo ma-
am, nobis pre-
iam obedientiam
& modestis,
dicunt uobis
eorum nolite

nam id tibi ascripserit, dum probos ab improbis
non discernis: sed simul in unum, perdis iustum
cum impio. Sint forte nonnulli, quos larvas aut lu-
pos, aut id genus, iuste nuncupaueris: meum non
sit iudicium, cur quos sine crimine nosti, non ex-
meris. Saluator olim, duodecim elegit: & unus dia-
bolus erat. Sed & Petrum sciscitatus est dicens.
Quis putas est fidelis seruus & prudens quem con-
stituet dominus super familiam suam?

Paulus quoq; dudum, inter dispensatores que-
rebat, quis fidelis inueniretur. Nimirum sciens,
quia pluri mi quæ sua sunt quererent: non quæ Ie-
su Christi. Sciebat Saluator, quia lac gre gis, man-
ducant pastores multi & lanis operiuntur: qui-
bus de ouium pastu, nec nouissima cogitatio est. In-
dies id nos quoq; & gemimus & deplangimus: ui-
dentes uerificatum illud. Et erit sicut populus, sic
sacerdos: nimirum secundum carnem ambulantes
uani, mundani, uix prima fidei rudimenta attin-
gentes: ut secundum alium Prophetam. Iuxta ini-
quitatem interrogantis, sit & iniquitas Prophetæ.
Num ergo mox licebit, abijcere, quos per iram su-
am, nobis preposuit Deus, malos pastores: ut non
& modestis, sed etiã discipulis, memores illius: Quæ
dicunt uobis seruate & facite, secundum opera
eorum nolite facere.

Atte

Iohan. VI.

Mat. xxiiij

Luce. xij.

i. Cor. iij.

Philip. ij

Eze. xxxiiij

Ozee. iij.

Ezech. xiiij

Math. xxiiij

i. Petri. ij.

Atte queso Luther, dum Iudam Scarioth, in-
ter reliquos Apostolos Saluator mitteret (quem
Mathe . x . lupum Christus agnosceus, eubus pastorem desig-
Luce = x . nabit) Nonne qui Iudam spreuit, Christum spre-
uit : Et Iudam audieus, Christum audiebat : Sunt
fortasse ut obtendis : multi episcoporum hodie, Iu-
de Scarioth : ymmo & diaboli, nonnulli episcopi:
pauci uero Petri : Siquidem propter peccata po-
puli facit deus regnare hypocritam: Nunquid huic
Iob . xxxiiij dei ordinationi resistere licebit : Qui resistunt in
Roma . xiiij . quit Apostolus : ipsi sibi damnationem acquirunt,
Putas forte, ad secularem potestatem uerba Apo-
stoli restringenda : ut aduersum te hoc loco allega-
ta esse dissimules. Quod si est : frustra Philippenses
Philip . ij . laudat Apostolus, q. semper obedierint. Et Thessa-
ij . Tessa . iij . lonicensibus scribens, notari precipit eum ac non
commisceri ei, si quis Apostoli uerbo, per Episto-
lam non obedisset, ut confunderetur. Frustra (in q.)
illos obedientie laudat : frustra hos inobedientes
notari precipit: si absq. peccato apostolicoru sacer-
dotum precepta, stocci facere licebit. Resists plana
Deu . xvii dei ordinationi quotiens sacerdotis imperio pare-
re no uis. Si prauos & discolos sacerdotes spernen-
dos iudicas, quare non multo magis quos bonos &
sine crimine nosti consideras : Quales profecto (ut
de alijs nationibus taceam) nostra Germania non
paucos olim habuit, tum pro doctrina integri-
tate, tum pro sanctimonia uite, eterna me =

moria digni
aut sacerdot
sens seculum
copatu dign
minimum c
Extorseris a
dei zelopree
ris quosda B
preerant fid
ut sine crimi
ru obedienti
iquit Paulus
tuos suscitar
Sed nos hi
ptu pa geres
catholicu sac
tatu esse rad
tribunal, ipr
uersis Euang
expostulat. I
Lutherus est
modu scriptu
ne dei. Et cu
os, & elegit
nominauit et
Hic te quis qu
ce cofituo C
ba tradunt h

um Scarioth, in-
mitteret (quem
pastorem desig-
Christum spre-
audiebat: Sunt
orum hodie, lu-
nulli episcopi:
r peccata po-
Nunquid huic
ui resistunt in-
em acquirunt,
n uerba Apo-
hoc loco allega-
a Philippenses
int. Et Thessa-
it eum ac non
o, per Episto-
Frustra (in q̄)
s inobedientes
tolicorum sacer-
Resistis plane
mperio pare-
dotes spernen-
quos bonos et
s profecto (ut
ermania non
ina integri-
eterna me =

moria dignos: ut hos saltem aut Episcopos extitisse
aut sacerdotes admittas. Sed et hoc nostrum pre-
sens seculum nonnullos habere, certissimum est, epis-
copatu dignissimos: quibus uniuersa sceta tua, nec
minimum crimen affingere possit.

Extorsis a nobis forsitan ut cōfiteamur, nō eo fi-
dei zelopreesse, nō ea charitate feruere, nostri tēpo-
ris quosdā Episcopos, quemadmodū olim Apostoli
preerant fidelibus. At dū Apostolus satis esse putet
ut sine crimine sint (licet peccatores fatemur) eo-
rū obedientiā spernere, minime phas est. Oportet **Titum. i.**
iquit Paulus Episcopū sine crimine esse, ut aut mor-
tuos suscitare aut cetera miracula ppetrare opus

Sed nos hijs (ad breue) itermissis cæ- (nō fuerit
ptū pagētes iter, ex sacrosanctis Christi Euāgelij
catholicū sacerdotiū nostrū, altissimis firmis q; plā-
tatiū esse radicibus ostēdamus. Ad christi tremendū
tribunal, i primis nos Luther prouocat, dū ex uni-
uersis Euāgelij pro eodē sacerdotio, uel unūiota
expostulat. Igitur ad Christi iudicium, trahendus **Luce. VI.**
Lutherus est, quod in Euāgelio Luce sexto in hūc
modū scriptum est. Erat Iesus proctans in oratio-
ne dei. Et cū dies factus esset, uocauit discipulos su-
os, et elegit duodecim ex ipsis, quos et Apostolos
nominauit etc. quæ sequuntur.

Hic te quisquis es catholice et Chriane lector iudi-
cē cōstituo Cū plurimos Christus (ut Euangelij uer-
ba tradunt) habuerit discipulos, e quorum medio

Luce. x.

Actu. x.

Roma. ij.

hos duodecim ipse elegit, quare sic discreuit, ut
hos duodecim, & quidem solos nuncupauerit Apo-
stolos? Si Apostoli, missi latine dicuntur, aut forte
nuntij: ne sit uis in uerbo: qua nam de re, hos dū
taxat dixit Apostolos, quos certum est, non solos
esse missos? Missi sunt enim & septuaginta duo
discipuli, de quibus Luce. x. scriptum habes: quia
designauit dominus & alios septuaginta duos, &
misit illos binos, ante faciem suam. Si septuaginta
duo præter hos. xij. missi sunt: & missi ex officio
Apostoli sunt: quare non etiam septuaginta duo
Apostoli erant? Cur inter hos & illos, discernere
uoluit, qui personarum non est acceptor: ut hos
xij. dumtaxat Apostolos, reliquos uero discipulos
nuncupauerit? Ingenue fateor, fuisse Christo præ-
ter hos duodecim, itemq; & præter illos septuagin-
ta duos discipulos, credentes q̄ plurimos, qua de
causa illos neq; Apostolos effecerit: neq; cum. lxxij
ante faciem suam misit?

Habes ergo, quia Christo credentes erant, quos
neq; Apostolos esse uoluit, neq; inter. lxxij. desig-
natos: ut confidenter liceat dicere: hodie quoq;
Christianos esse, quos neq; Episcopos esse, neq; pres-
byteros, manifestum sit. Sicut & in ueteri lege, nõ
eadem omnibus, cõpetere uoluit officia, uerum hos
sacerdotes, hos leuitas, illos cantores, alios ianito-
res, ita suis deputatos ministerijs: ut quisquis ex-
ternus,

ternus, quant
ssisset, morti f
detur, Sapien
cerdotes esse
uangelio pres
suis quibusq;
ano populo c
rint exitum, q
uer sum Dei c
tissent. Igtur
qui tarditate
quoniã pari
lestibus fulmi
cum Apostol
gratiarum,
ut non omnes
te esse oport
pulis, seu pas
ueluti princip
Simul eti
Si eligendi s
committere u
elegit? Cur se
uit? Quid q
niq; cur non
quotquot illi

ternus, quantumuis uel iudeus aut Israelita acce-
ssisset, morti fuisset obnoxius. Quid tibi peccasse ui- Nume. I. &
detur, Sapientia Dei: non omnes Apostolos aut sa- XVIII.
cerdotes esse uolens? An Moys legem, Christi E-
uangelio preferes: dum ordinatum & distinctum
suis quibusq; officijs, habuit ille populum: Christi-
ano populo confuso permixto: nesci quem habue- Num. XVI
rint exitum, Chore, Dathan, & Abyron: quod ad
uersum Dei ordinationem: protrahere Moysi resti-
tissent. Igitur a dei iudicij interim & tu timeto:
qui tarditatem supplicij grauitate compensat:
quonia pari cum illis proteruia insanis, Ex hys ce-
lestibus fulminibus, nos constanter concludimus i. Corin. xij.
cum Apostolo: apud Christianos, diuisiones esse
gratiarum, & ministratum, & operationum
ut non omnes, Episcopos aut presbyteros, pari sor-
te esse oporteat: uerum Episcopos distare a popu-
pulis, seu pastores a gregibus, duces a militibus, ac
ueluti principes a subiectis esse distinctos.

Simul etiam urgentes te infelicem Lutherum
Si eligendi sacerdotis potestatem, Christus plebi
committere uoluit: quare duodecim Apostolos ipse
elegit? Cur septuaginta duos discipulos ipse designa-
uit? Quid queso hoc loco, plebi concessum? De-
niq; cur non eger saluator, ut conuenientes in unum
quotquot illi crediderant, xij. Apostolos elegerent
atq; Chri

C

atq; Chri

atq; Christo assignatos, obtulissent dicentes: Hos ele-
gimus, tibiq; presentamus: uolentes esse Apostolos &
Conuincimus ergo, cum Apostolorum, tum septua-
genta duorum discipulorum successores, non a populo
eligendos, uerum ab hijs qui Christi uices gerunt
in terris, esse ordinandos.

Titum. i.

Et uide, si non hæc Apostolica sit sanctio, diuina
num decretum, ubi Apostolus Tito scribens, ait.
Huius rei gratia reliqui te Cræte, ut quæ desunt
corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros,
sicut & ego disposui tibi. Si quis sine crimine est
etc. Quibus uerbis, duo nos admonet Apostolus.
Prius est q. Episcopus Titus, relictus sit ab Aposto-
lo in Candia. Si quo minus, queramus. Quomodo
cum Episcopus non esset Titus, aut superintendens
potuit corrigere, quæ deessent: non ueritus quod
Moyse obiectum legerat, sibi quoq; id opponi po-
tuisse. Quis inquit te constituit iudicem super nos &

Exodi. ij.

At Apostolus: reliqui (inquit) te: ut quæ desunt
corrigas. Quod si Titus Episcopus: erit proculdu-
bio & sacerdos idem Titus. Si sacerdos Titus, ha-
bes & post Apostolos, in Ecclesia sacerdotes &
Episcopos. Vbi nunc impudens uerbum hoc: Certus
inquit Luther esto, nec ulla persuasione falli te si-
nas, nullum esse in Ecclesia externum sacerdotium
Si externum nullum sacerdotium: unde habes Episcopum

scopum Titum
constitutum
gere precipi

Alterum
cessores: qui
nant per ciuitates
a reliquis A
uiri Luther
est, atq; ex
uitates pres
q̄ optimis m
Paulus Tim
dinauit: cui
tuam conter
Titus Episc
eligere uol
hunc modum
uideas aut
gat populum

Hic ita
scribit script
ue in nouis,
diuina per
est: At Chr
Etuspre pa
secratus est
regni celorum

scopum Titum. Externum autem sacerdotem Titum confitearis necesse est: quem quæ desunt corrigere precipit Paulus.

Alterum est q̄ Episcopi, Apostolorū sunt successores: quippe qui presbyteros iam & ipsi ordinant per ciuitates, quemadmodū Titus a Paulo, ac a reliquis Apostolis, reliqui didicerūt. Auditis hæc uiri Luthrenses, quia Titus Episcopus, Pauli uice est, atq; ex Apostolica traditione Episcopus per ciuitates presbyteros ordinat: nō tam ætate seniores, q̄ optimis moribus prepollentes. Quemadmodū & Paulus Timotheū adolescentiorem, Episcopum ordinauit: cui scribit. Nemo (inquiens) adolescentiam tuam contemnat. Vbi uel hoc loco, plebis electio: Titus Episcopus ordinat presbyteros: non sibi eos eligere iubetur populus. Alioquin scripsisset in hunc modum Apostolus. Reliqui te Cræte, ut prouideas aut disponas, quatenus sibi presbyteros eligat populus.

Hic itaq; uicissim uos urgemus Lutherani proferte scripturā: qua populus sibi, siue i ueteri lege siue in noua, pōtifices elegerit aut presbyteros, a aarō diuina per Moysen dispensatiōe: sacerdotio potitus est. At Christus nobis pōtifex factus a deo patre unicus pre participibus suis et rex et sacerdos nobis cōsecratus est. Petrus nō a populo uerū a Chrō clauis regni celorū accepit. Ceteri Ap̄li nō plebis delectu
C ij sed Chri

Math XVI

Iohan. xx. sed Christo similiter largente, populorum animas
ut ueri sacerdotes in potestatem acceperere: dicen-
te Christo. Quorum remisistis peccata: remit-
tuntur eis. Horum successores ab Apostolis institu-
ti, Episcopi nuncupati sunt, non a populis electi.

Vides Christiane lector: geminam Luthero lar-
uam detractam: atq; uno Apostolicae scripturae
gladio, sed ancipiti errore utriusq; ossum penitus
dum Episcopos Apostolis, tamq; sacerdotibus sa-
cerdotes, succedere cogitur fateri: atq; laicis pro-
inde in eligendo sacerdote, nihil esse concessum.
Deniq; si ceremonie, in pontificum consecratio-
ne ac sacerdotum, solite, ab Apostolis observate
sunt, nec ne, ad presens nostra non intererit: hoc
dixisse contenti: neminem nisi per Apostolicarum
manuum impositionem olim, aut Episcopum esse
ordinatum aut presbyterum. Quod quidem ex
Apostolicis gestis ac scriptis pariter, probare: dif-
ficile non erit. Et quidem si Paulus ipse gentium
Episcopus, per spiritum sanctum designatus, non
prius creditum implebat ministerium: donec pri-
mores Ecclesiae, cum ieiunationibus orantes impo-
suerunt: ps: Paulo & Barnabae manus (qui qui-
dem ordinandorum sacerdotum typus hodie ob-
seruatur in Ecclesia.) definitum iam sit: non nisi
per Episcopalis manus impositionem, ordinatos
esse sacer

esse sacerdote
bet textus Ad
ieiunantibus,
hi Saulum et
eos. Tunc iei-
dimiserunt il-
patietur Lut-
uult esse pop-
sibi uoluit, ha-
tum sanctum
Paulus accep-
diuit. Saule fr-
apparuit tibi
plecaris Spiriti
imposita man-
Propheta &
xij. per Spiriti
Apostolus, ge-
deine ep esse
Spiritus sancti
sanctum rur-
ministerium n-
impositionem
tum dari fid-
esse simplicita-
bus nullus laic-

lorum animas
cepere: dicen-
ccata: remit-
postolis instit
populis electi.
n Luthero lar
ica Scriptura
fossu penitus
erdotibus sa-
atq; laicis pro
se concessum.
consecratio
lis obseruata
intererit: hoc
postolicarum
piscopum esse
quidem & ex
probare: dis-
pse gentium
gnatus, non
: donec pri-
orantes impo-
s (qui qui-
us hodie ob-
sit: non nisi
, ordinatos
esse sacer

esse sacerdotes, quantumuis a plebe electos. Sic ha-
bet textus Actu. xij. Ministrantibus autem illis & Actu. xij.
ieiunantibus, dixit Spiritus sanctus. Segregate mi-
hi Saulum et Barnabam, in opus ad quod assumpse-
eos. Tunc ieiunantes, imponentesq; illis manus:
dimiserunt illos. An Paulum & Barnabam, non
patietur Lutherus, dici Episcopos: qui simplicem
uult esse populum Christianum? At quid queso
sibi uoluit, haec manuum impositio? Num ut spiri-
tum sanctum acciperent? Iam dudum Spiritus sanctus
Paulus acceperat: dum ingresso ad se Anania au-
diuit. Saule frater: Dominus misit me Iesus, qui
apparuit tibi in uia qua ueniebas ut uideas & im-
plearis Spiritu sancto. Ut quid ergo hic, illi rursus
impositae manus: nisi ut hijs qui discipulus ymmo
Propheta & Doctor Ecclesiae, annis iam ferme
xij. per Spiritum sanctum fuerat: amodo gentium
Apostolus, gentibus superintendens & Episcopus
deinceps esset? Quis nisi totus insanat, eum, qui
Spiritu sancto plenus iam erat, eundem Spiritum
sanctum rursus accipere, sed ad sublimius aliquid
ministerium non uideat? Aut quis adhuc uidens, per
impositionem manuum Apostolorum Spiritus san-
ctum dari fidelibus: dubitabit Christianos, non eius
esse simplicitatis (ut suggerit Lutherus) in qui-
bus nullus laicus nullus clericus, nullus Episcopus
C ij nullus

Actu. VIII nullus sacerdos esse debeat? Simon ille magus, Christianus erat, a Philippo baptizatus erat, magna pecunie summam offerbat: si hanc illi Petrus contulisset uirtutem, ut si cui imponeret et ipse manus acciperet spiritum. Igitur Simon eam gratiam, eam potestatem quam Apostoli: non erat assecutus. Ad huc audet Lutherus dicere. Christianum populum esse simplicem. Philippus cum Samariam Christo lucratus fuisset, plurimis Samaritanorum per eum baptizatis, cum discipulus esset, manus imponere baptizatis non presumpsit: ut audientes Apostoli

Actu. VIII qui erant Hierosolymis, quia recepit Samaria uerbum dei: mittere habuerint necessario, Petrum et Iohannem. Si ea est Christiana (quam pretendis) simplicitas, et non potius indigestum chaos et confusum ut sint Christiani omnes, Episcopi et sacerdotes: quid oportuit mittere Apostolorum primores, Petrum et Iohannem in Samariam? Erant baptizati in nomine domini Iesu. Et cum dicat Saluator. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Quid hijs inquit deerat ad salutem necessarium ut principes mitterentur Apostolorum? Quod scilicet Spiritum sanctum nondum accepissent. Igitur credentes erant, et baptisati erant, sed nondum Spiritum sanctum acceperant. Eia quid audio? Si non datur in baptismo Spiritus sanctus, quomodo uerum

Mar. XVI

do uerum et baptizatus et docet Christiani rationis et baptismum tur spiritus: fiducia ergo tum sanctum tos in fide. mantem non peruenire Evangelista dum pus aut Ap scripturam lens Lutherus: dum u uangelistam tione manu Sed nos ore ad Tim gratiam, qu tione manu dem primo in te per in in conspectu sitionem m

do uerum erit quod ueritas ait, qui crediderit & Titum. iij.
baptizatus etc. An sine Spiritu sancto, saluari nos
docet Christus? Quomodo uero lauacrum regene-
rationis & renouationis Spiritu sancti, docet esse
baptisnum Apostolus: si non in ipso adoptionis da-
tur spiritus: in quo clamemus Abba pater? Cum
fiducia ergo dicimus, accepisse Samaritas iam spiri-
tum sanctum in baptisate: at non adhuc confirmatos
in fide. Verum quare Spiritum sanctum confir-
mantem non dabat Philippus: ut non oportuisset
sua peruenire Petrum & Iohannem? Nisi quod Eu-
gelista dumtaxat Philippus fuit: non etiam Episco-
pus aut Apostolus? Quid aduersum tam apertam
scripturam, obstrepere poterit: uniuersa illa pesti-
lens Lutheri secta? Vbi hic Christiana illa simpli-
citas: dum uidetis Philippum Samaritanorum E-
uangelistam, Apostolis in hoc inferiorem: q. imposi-
tione manus non dabat Spiritum sanctum?

Rom. VIII.

Sed nostra adhuc prosequamur Apostolus pri-
ore ad Timo. iij. noli (inquit) Timothee negligere
gratiam, quæ est in te per Prophetiam, cum imposi-
tione manuum presbyteri. Sed & secunde eius-
dem primo. Resuscites inquit gratiam, quæ est
in te per impositionem manuum mearum. Hic
in conspectum adeste Lutherani. Num per impo-
sitionem manuum Pauli Timotheus est ordinatus

i. Timo. iij.

ij. Timo. i.

C iij Episco

ille magus, Ch
us erat, magis
c illi Petrus cõ-
t et ipse manus
um gratiam, cã
t affecutus. Ad
num populum
ariam Christo
orum per eum
anus imponere
ientes Apostoli
it Samaria uer-
rio, Petrum &
am pretendis)
m chaos & cõ-
scopi & sacra-
olorum primo
ariam? Erant
t cã dicat Sal-
is fuerit saluus
m necessarium
rum? Quod sci
epissent. Igitur
t, sed nondum
a quid audio?
nctus, quomo-
do uerã

Episcopus: per quam nimirum, eam sit nactus
gratiam, quam resuscitandam, Apostolus adhor-
tabatur? Quod si prior textus legatur, ut quidam
codices habent: gratiam dei quæ est in te etc. cum
impositione manuum presbyterij, ubi usitatus nos
presbyteri legimus: planior sensus crit. Quod uide-
licet per impositionem manuum presbyterij, id est
presbyteralis officij: datus sit spiritus sanctus Thimo-
theo. Nolo hic mihi eam obtēdas gratiā: quæ gratifi-
cat, quam in baptismo Timotheus dudum accepe-
rat. Hæc enim illa est gratia: sine qua neminem li-
ceat inueniri Christianum: quippe uestis illa nup-

Mathe. xxij tialis est: qua qui caruerit, foras in exteriores mit-
tetur tenebras. Aliam esse de qua hoc loco loquitur
Apostolus necesse est: quæ uidelicet non omni-
bus congruat. Non in quæ neophitis, non nouellis Chri-
stianis: dum et eundem Timotheum Apostolus pri-
ore eiusdem Epistola Capi. VI. ita docuerit. Nemi-
ni inquit cito manus imposueris. Prior ergo gra-
tia: nemini negatur fideli Christiano: hæc autem
non omnibus datur. Alia ergo est illa gratia: alia
de qua hoc loco loquitur Apostolus. Resuscites (in-
quit) gratiam: quam per impositionem manuum
accepisti. Pastoralem sollicitudinem, Episcopus cre-
atus, per impositionem manuum mearum, noli ne-
gligere: sed neque cito alijs imposueris manus. Rur-
sum hoc

sum hoc loco
excludi man-

Denique
manuum im-
tur) superu-
si superuaci-
si ut lis et
ad hoc grati-
iam in bapti-
nus imposi-
Aliam ergo
digne preces-
sio obueni-

Nunquid
Episcoporum
docuisse uelle
imposueris

Rursum
impositio ma-
quitur: omni-
omnibus? Si
re Paulus, ne
et non potest
hibenda est
stianus, est in
de manus. I

sum hoc loco, Christianam Lutheri simplicitatem,
excludi manifestum est.

Deniq; hic respondete mihi Lut'henses. Hæc
manuum impositio (de qua hoc loco Paulus loqui
tur) superuacanea erat : an ut *lis* & necessaria.
Si superuacua : quomodo id congruat Aposto *lis* ?
Si ut *lis* & necessaria : at quid utilis ? Nunquid, ut
adhuc gratificent. m accipiant gratiam ? At illam
iam in bapt. smate nacti sunt : quæ etiam sine ma =
nus impositione communiter omnibus prouenit .
Aliam ergo uult intelligi Apostulus, qua nimirum
digne præesse discant : quibus hæc manuum impo =
sitiõ obuenerit.

Nunquid non tibi uidetur Christiane lector :
Episcoporum & presbyterorum ordinationem ,
docuisse uelle Paulum, dum a. t. nemini cito manus
imposueris ?

Rursum (et per intellectum faciliorem) hæc
impositio manuum, de qua hoc loco Apostulus lo =
quitur : omnibus cõmuniter exhiberi debet, an non
omnibus ? Si communiter omnibus exhibenda : qua
re Paulus, nemini (inquit) cito manus impo =
sueris & non potius, mox inter baptisni primordia, ex =
hibenda est omnibus Christianis ? Est autem Chri =
stianus, est iustus, deo gratus, cui non sunt imponer
de manus. De baptismo (eo q. neccsarius ad salu =
tem

i. Timo. V.

C V tem

tem sit omnibus Christianis) nusquam tale quid scriptum inuenies: ut dicatur. Neminem cito baptizaueris. Si non communem dixeritis hanc manuum impositionem: quare tam simplicem Christianum confingitis populum: ut tollatis uniuersaliter sacerdotum?

i. Corin. iij. Quid ergo sibi uult aliud Apostolus dicens. Nemini cito manus impesueris: quod ut neminem mox baptizatum, presbyterum aut Diaconum ordinaueris? Et quidem. iij. capit. idem clarissime scriptum inuenies. Non (inquit) Neophitum De Diaconibus autem. Et hij probentur primū, & sic ministrent: nullum crimen habentes. Audis quia hij Christiani sunt, quos Timotheus: neque ad presbyteratum: neque ad Diaconatum admittere iubetur? Vbi hic manet plebis electio: ut sacros sustollas ordines? Non nos hic suggilles, quod crebro nobis spiritum sanctum donari dixerimus: scientes quia non eadem congruunt sanis & infirmis, adultis & paruulis: ut noueris in ipsa regeneratione, nos spiritum sanctum assequi, in filios adoptionis regeneratos: denuo item spiritum sancto confirmari, iam in fide uegetatos: ac tandem ad totius Ecclesie utilitatem in ordinis sacramento dari nonnullis, non tamen omnibus, manifestationem eiusdem Spiritus.

Quia

Quia uel
Spiritus sanctus
uenire manu
ceptione non
ter ipsa Christi
bus Apostolus
manuum im
neesse sit ab
nus imposue
nuncem fate
impositione
tum peniten
ca: impositio
cites (inqu
nem manuum
Nemini cito
cio Christian
in Samaria
det Apostol
strent.

Igitur h
ne scriptur
sacrum pla
Diaconum
nore, sep

le quid scrips
cito baptiza
anc manuum
Christianum
versaliter sa
apostulus di
eris : q̄ ut ne
um aut Diaco
itc, idem clari
) Neophitum
ur primū, &
s. Audis quia
eq̄; ad presby
tere iubetur?
s sustollas ordi
nobis spiritū
quia non eadē
& paruuīs:
os Spiritum
re generatos:
ri, iam in fide
lesie utilita
nnullis, non
isdem Spiri

Quia

Quia uero per impositionem manuum, dari Spiritum sanctū diximus, geminā quandam licet inuenire manuum impositionem: ut Spiritus sancti receptionē non uniformem intelligamus. Equidem inter ipsa Christianæ ichoationis fundamenta, de quibus Apostolus ad Hebre. VI. mentionē facit: etiam **Hebre. VI.** manuum impositionis meminit. Quam aliam esse necesse sit ab illa, de qua dictū est. Nemini cito manus imposueris. Dum illam omnibus Christianis cōmuncem fateamur: non istam. De illa namq; manus impositione ait, Non rursus iacentes fundamentum penitentiae, ab operibus mortuis. Et post pauca: impositionis quoq; manuum. De ista autē, resuscites (inquit) gratiam quæ est in te, per impositionem manuum mearum. Et quod sepe iam dictū est Nemini cito imposueris manus: uidelicet, non nouicio Christiano. Pro priorē manus impositione ibāt in Samariam Petrus & Iohānes. Pro altera suadet Apostolus, ut probentur primum, & sic ministrant.

Igitur habemus ex tot tamq; ualidissimis, diuine scripturæ testimonijs: sacerdotij Ecclesiastici sacrum plane ac uenerabilem ordinem. Vultis & **Actu. VI.** Diaconium cōmonstremus a uulgo dignitatis honore, separatum. Factum est (inquit Lucas)
murmur

murmur Græcorum, aduersus eos, qui erant ex
circumcisione: q. uduæ eorum, in quott diano mi
nisterio aspernarentur. Quibus dixerūt Apostoli.
Non est æquum, nos relinquere uerbum Dei: &
ministrare mensis. Considerate ex uobis, u. ros bo
ni testimonij: quos constituamus super hoc opus.
Omnium consensu hinc ortum credimus diaconum,
ut liceat etiam hoc gladio, dissecare, Lutherum si
mul & Lutheranos. Si omnes Christiani Episcopi
eadem sorte sunt & presbyteri: cur non multo
fortius etiam omnes diacones erunt? Non esse au
tem omnes Christianos diacones: textus iste cõuina
cit. Quandoquidem uerba quæ premisimus, non
iudeis, non ethnicis dicta sunt, uerum Christianis,
Quid inq. opus erat, adhuc diacones instituere:
qui per uos iam diacones sunt? Sui. t. autem uobis
omnes diacones: quia oēs uobis sunt & sacerdotes.

Verum uidebitur hoc uerbo, plebi nonnihil con
cessum: quo dicitur. Considerate ex u. bis uiros etc.
tamq. plebis electio robur habeat. Ego magis con
siderandum suadco uerbum: quo dicitur. Quos
constituamus super hoc opus. Auditis quia Aposto
li eos constituunt? Quod & modo fit: dum Episco
pi illos ordinant & consecrant. Itaq. usq. adeo,
textus iste pro uobis nihil facit: ut etiam immodice
uos confundat, dum Ecclesiasticos Ordines peni
tus abij

tus abijciebat
presbyteros
unt. Nec tan
sacerdotum
puto: sciens
ro q. oportu
necessitas aut
habet. Si enim
dimus: infirm
bant Apostoli
ut infirmos lu
reant consid

Plurima
pus faciebant.
tus sanctus Bo
tismo (ut de
dum illi in no
stus uero, in
sancti baptiz
hoc facto imit
lumini abimur
& Apostolica
cerdotum ad
cõcussum tua
nium, non de
bum &

tus abijcibatis, Nunc uero Episcopi uelitis, nolitis
presbyteros ordinant: diacones Apostol: consitua
unt. Nec tamen ex hoc loco scripturæ, electionem
sacerdotum aut diaconorum, concedendam plebi
puto: sciens aliud esse, quod recto ordini, aliud ue
ro q. oportunitati aut necessitat: debeatur Nam &
necessitas aut euidentis utilitas, quandoq; legem non
habet. Si enim factum murmur Græcorum perpē
dimus: infirmos fuisse Græcos aduertimus. Fie
bant Apostoli, ob nimia charitatē infirmis infirmi,
ut infirmos lucr. facerent: ut pmis. se magis appa
reant consyderationem hanc plebi, q̄ constituisse.

Plurima enim Apostoli, dispensatiue ad tem
pus faciebant, quæ postmodum non imitanda: Spi
tus sanctus Ecclesiam docuit. Quod quidem de bap
tismo (ut de ceteris taceam) probare possumus,
dum illi in nomine Domini Iesu baptizarent: Chri
stus uero, in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus
sancti baptizandos credentes iusserat. Num & in
hoc facto imitabimur Apostolos, aut male egisse ca
lumniabimur? Absit. Habemus Euangelicam, sed
& Apostolica non caremus auctoritate: quibus sa
cerdotum aduersus aduersatoris impudētiam, in
cōcessum tueamur. Vultis et Propheticum testimo
nium, non desit, ut in ore trium stet omne uer
bum &

Ecce

Apostoli

Actu. x.

Math. XX

VIII.

qui erant ex
uict diano mi
ūt Apostoli.
bum Dei: &
bis, u. ros bo
r hoc opus.
s diaconum,
lutherum sta
ani Episcopi
r non multo
Non esse au
us. sic cōuin
isimus, non
Christianis,
s instituere:
autem uobis
sacerdotes.
non nihil con
bis uiros etc.
ma gis cen
itur. Quos
quia Aposto
um Episco
usq; adeo,
n immodice
lines peni
tus abij

Psal. cxxxij Ecce (inquit Propheta) q̄ bonum & q̄ iucundum: habitare fratres in unum. Obseruemus uerba sed mysteria multo magis requiramus. Bonum est (inquit) habitare fratres in unū. An habitare unanimes in domo: ut alibi idem Propheta ait, est habi-

Psal. LXVII. tare in unum? Alibi quoq; Hierusalem, inquit, quæ edificatur ut ciuitis: cuius participatio in idipsum Apostolus item. In unum (ait) corpus, baptizati sumus. Hoc unum puto, de quo Dominus ait. Fiat unum ouile & unus pastor. Bonum (inquit) est & q̄ iucundum: fratres habitare in unum. Nimirū in

Iohan. x. uno ouili, in domo una, dum idipsum dicunt omnes **i. Corin. i.** & non sunt inter eos scismata: uerum unus Deus, **Ephe. liij,** unum baptisma, una fides. **Exodi. xij.**

Ioh. XVIII Hæc est illa domus Dei: extra quam carnes **Gene. VII.** Agni paschalis, ueri Iudei non efferunt. Hæc **Esaiæ, xi.** tunica inconsutilis, Domini Saluatoris, quæ non est scissa in passione. Hæc archa Noe, in qua mita erant & immita animalia. Nempe Ecclesia Sancta catholica & Apostolica: in qua accubant simul, pardus & hedus, leo & uitulus, lupus & agnus: non nocentes in uniuerso monte sancto Dei. Bonum inq̄ & iucundum: sic habitare fratres in unum, Sed q̄ bonum Dauid Sancte: q̄ bonum est, habitare fratres in unum? Sicut ungentum (inquit) in capite: quod

quod descendit
gentum, quod
fecto si caput
de quo Aposto
nem Ecclesiam
omnibus part
non ad mensu
fixum, mortu
diq; rimis, u
put, quod tai
ri potuit: ex
uidelicet Spirit
minibus. Pri
uenisse: scrip
quod caput P
tum, nempe
tis dicam quæ
Sacerdotes
rat. Descendit
Aaron: dum pr
sacerdotes: cet
quidã ait. Nos
Descendit igit
uipote capiti C
rum ministerio
cendit inq̄ a Cl

num & quæ iucun-
seruemus uerba
mus. Bonum est
An habitare una
bcta ait, est habi
alem, inquit, quæ
patio in id ipsum
rpus, baptizati
ominus ait. Fiat
n(inquit) est &
ium. Nimirum in
um dicunt omnes
rum unus Deus,

ra quam carnes
efferunt. Hæc
toris, quæ non
Noc, in qua mi-
Nempe Ecclesia
: in qua accu-
leo & uitulus,
es in uniuerso
& iucundum:
ed quæ bonum Da
tare fratres in
it) in capite:
quod

quod descendit in barbam. Sed quod illud un-
gentum, quodue caput, aut quæ barba? Pro
fecto si caput hoc, Christum intelligere, liceat,
de quo Apostolus: Ipsum dedit caput super om
nem Ecclesiam: quod ungentum, accepit præ
Psal. xliij.
omnibus participibus suis, cui & Spiritus Iohan. iij.
non ad mensuram datus legitur. Caput cruci-
fixum, mortuum, & sepultum: ut aperis un-
diq; rimis, ungentum efflueret gratiarum. Ca-
put, quod tandem resurgens, in cælum leua-
ri potuit: exinde mittens ungentum, ipsum
uidelicet Spiritum sanctum: dum daret dona ho-
minibus. Primum in Apostolos ungentum istud
uenisse: scriptura credere compellit. Habetis
quod caput Propheta dixerit: aut quod ungen-
tum, nempe Spiritus sancti unctionem. Vul-
tis dicam quæ sit barba? In barbam inquit Aaron
Sacerdotem Aaron fuisse: nemo puto igno-
rat. Descendit ergo ungentum, primum in barbam
Aaron: dum prius Spiritus sancti unctionem habet
sacerdotes: ceteris eandem ministraturi, prout
quidam ait. Nos ipsi primitias Spiritus habentes etc.
Descendit igitur ungentum in barbam primum, **ROY. VIII.**
uipote capiti Christo proximam, ut tandem eo-
rum ministerio in orã usq; defluat uestimenti. Des-
cendit inq; a Christo in Apostolos, in sacerdotes
Christi

Christi in populi. Quos recte barbam Propheta
nuncupat huius capitis (quod est Christus) tamq̄
fortes, strenuos, acres, imp̄gros: quales bar-
batos homines dicere solemus. At uero proximos
Christo fuisse Apostolos: quis dubitet?

Actu. ij.

Vestis ipsa est Ecclesia, quæ mediante barba,
ungentum a capite, etiam ipsa Spiritum sanctum
accipiat. Oram uestimenti, uel nouissimum dixe-
rum Christianum: in quem unctio Spiritus sancti, a
barba tandem ac uestimento porrigitur. Et hæc
quidem illo in tempore, dum ungentum ipso die
Penthecostes, in barbam (Apostolos dico) uenisset
Nonne in uestimentum defluxisse tibi uidebitur,
dum uno die, baptizaretur tria milia: altera quin-
q̄ milia? Sed nunquid hodie, dum bonum est et in-
cūlum, fratres in unum habitare, non eodem ordi-

Iohan. xiiij.

ne fluat ungentum, primum, in barbam Aaron: ut
deinceps defluat in oram uestimenti? Vbi fidelis
illa Christi repromissio, dicentis de Spiritu sancto:
quia in uobis erit, et uobiscum permanebit? Si
unctio Spiritus sancti in nobis permanet, cur non
fluat eodem ordine, in barbam primum, donec ora
uestis pinguescat? Inde reuera, ministri alibi dicti
sunt populorum, qui hoc loco barba dicuntur: q̄
spiritualem gratiam plebi: prout ipsi acceperunt
larguntur. Larguntur (inq̄) non ipsi uicissim a
popu

populis accipere
possit. Erit au-
puli administ-
potestatem: u-

Sunt (ai-
per sacra-
sed signatas,
q̄ ulla scripti-
tem, sacerdot-
clamante Pro-
ctio fluat. Per-
dici poterit, u-
cundum, fratri-
dem quæ a De-
infima quæq̄,
barbato, pue-
batus Petrus in
stus capiti pr-
inquit infante:

Vides quom-
scripturam et
tam facis memo-
tis ungentum,
uestimenti acc-
Duo nobis
nullum in Ecc-

rbam Prophetæ
Christus) tamq̃
os: quales bar=
uero proximos
et?
ediate barba,
ritum sanctum
uissimum dixe=
Spiritus sancti,
igitur. Et hæc
entum ipso die
s dico) uenisset
tibi uidebitur,
ia: altera quin=
ponum est & in
on eodem ordi=
bam Aaron: ut
ti? Vbi fidelis
Spiritus sancto:
ermanebit? Si
anet, cur non
um, donec ora
istri alibi dicti
a dicuntur: q̃
si acceperunt
ipsi: uicissim a
popu

populis accipiunt: ut populus eorum minister dici
possit. Erit autem populus eorum minister: si po=
puli administratione aut electione, hanc accipiant
potestatem: ut gratiam populo impartiri possint.

Sunt (aio) plebis ministri sacerdotes: dum
per sacramenta, id est, sacræ rei signa, res sacras
sed signatas, & quasi uelatas populo tradunt. Ne
q̃ ulla scriptura, id probari puto, ut hanc potesta=
tem, sacerdotibus plebs conferre possit, tamq̃ (re=
clamante Prophetæ) a uestimento in barbam un=
ctio fluat. Peruersus ordo est & idco neq̃ ordo
dici poterit, ut ausim dicere, non esse bonum nec in=
cundum, fratres sic habitare simul. Quandoqui=
dem quæ a Deo sunt, sic ordinata esse constat: ut Roma. xiiij.
infima quæq̃, per superiora regantur: utpote per
barbatos, pueri & infantes. An non loquitur bar=
batus Petrus infantibus, quem tamq̃ barbam, Chri=
stus capiti proximum posuit: quasi modo geniti i. Petri. ij.
inquit infantes?

Vides quomodo omnia inuerteris Luther &
scripturam & Ecclesiæ ordinem, quin & Prophe=
tam facis mendacem: dum nullum barbæ permit=
tis ungentum, nisi quod a uestimento, ymmo ab ora
uestimenti acceperit?

Duo nobis Lutherus obtendebat. Prius, quia
nullum in Ecclesia externum putabat esse sacerdo

D tium

Author se-
cum. lã pro-
mittit ora-
tionem.

rium. Alterũ, q̄ is uere sacerdos sit, quis quis a po-
pulo fuerit electus. Quæ duo, ubi ualidissimis scrip-
turis improbata sunt: puto iacere simul in unum
Lutheri uires. Quod utiq; magis magisq; manife-
stum erit: dum quæ pro se, idem ex scripturis attu-
lisse uisus est, diluere datum fuerit. Et quidẽ altera
collatione id futurum, Christi gratia adiutrice, spe-
ramus. Verum cum mille conuitijs, homo petulans
nobis insultauerit, tamq̄ sacerdotium nostrum nul-
la scriptura confiterit: honestum fuerit, sua in eũ
retorquere potuisse spicula, suis cum confodere
posse iaculis.

Et quidem qui ordinem sacrum, nullum esse pu-
tatis: agite uos egregij domini Cerdones, ueterame-
tarij, fabri, et cæmentarij, ne dicam subulci et ster-
corarij, sacerdotes electi: uos unum iota produci-
te aut apicem, ex uniuersis Euangelijs, et Episto-
lis Apostolorum: uos esse, aut dici debere sacerdo-
tes. Auditis ne aspides surdæ: quæ non exauditis
uocem incautis sapienter? Proferte pro uobis te-
stimonium, qui cum charissimi quidem confratres
esse debueratis, per eam quæ non extollitur chari-
tatem: per tumorem et superbiam uestram, facces
et scandala mundi facti estis. An forte, quia re-
gale sacerdotium, Petrus populum Christianum
appellauerit. Sed Moysi quoq; Chore seditiosus,
idem

idem oppo-
Aaron: q̄ or-
uamini super-
(male intel-
sit finis uester-
uos sacerdot-
sanctorum et
habeamus sa-
cerdotium, u-
norum, sed or-
eo quoq; hono-
Hic si tib-
uideor: Luth-
fueris, libente
uel aliquando
ticiam respon-
Nolo autem,
hoc loco obijci
sermo exitit
non quales ho-
sando fuerint
oneri sese exh-
laudamus: ni-
prauis morib-
se pecudes co-
cis, sobrijs, qu-

idem opposuit dicens. Sufficiat uobis, Moyses & Aaron: quod omnis multitudo sanctorum sit. Cur ele Num. XVI
uamini super populum domini? Agite & uos, cum
(male intellecto) Apostoli uerbo, quod illi: ut
sit finis uester illorum similis. Vnde ergo habemus
uos sacerdotes & Fratres uos olim nouimus, ciues
sanctorum & domesticos dei: unde uero uestrum
habeamus sacerdotium, non uidemus. Nostrum sa-
cerdotium, unde sit agnouistis, non onus Christia-
norum, sed onerum leuamen & solatium: tametsi
eo quoque honore, indignos nos arbitremur.

Hic si tibi Christiane lector, insipiens factus
uideor: Lutherus me coegit. Tu uero cum sapiens
fueris, libenter insipientes sufferto. Putabam enim
uel aliquando, nonnihil stulto secundum suam stul-
ticiam respondendum: ne sibi sapiens uideretur.
Nolo autem, malos mihi quorundam sacerdotum
hoc loco obijcias mores, Non hic de moribus nobis
sermo extitit: sed conditionem querimus quae sit,
non quales homines, in condicione positi, conuer-
sando fuerint. Non de hijs mihi sermo est: si qui
oneri sese exhibent, fidelibus Christianis. Non hos
laudamus: non horum probamus lasciuiam: qui
prauis moribus, ceu mortis, Christi ouile, scabio-
se pecudes corrumpunt: uerum de sanctis, pudici. i. Timo. iij.
cis, sobrijs, quales describit Apostolus. Quorum Titum. i.
D ij bonam

bonam adhuc partem, esse in Ecclesia nihil moror
 Qui ceu angeli, suum conseruant domiciliū, suum
 custodiunt principatum, Nam & malos, ad correc-
 tiores uitae mores, ita adhortamur: quatenus ta-
 lem exhibeant laicorum oculis per omnia sanctam
 conuersationem: ut in eo q. detractant de eis, tam
 q̄ de malefactoribus confundantur: & ui-
 dentes deinceps eorum bona opera
 glorificent patrem qui in ce-
 lis est. Cui est honor et
 gloria, in secula, Amen.

i. Petri. V.
 Mathei. V.

ERRATA PRAELI.

A. iij. facie. ij. linea antepenul. Non onera. Lege
 Vos onera.
 A. iij. fa. i. linea. xij. prouicacē Lege peruicacem.
 Ibidem linea. XVII, in te erit. Lege erat
 B. i. fa. i. linea. xxij. Comentarios. lege cementarios
 B. ij. fa. ij. li. antepenul. accupere Lege accepere.
 B. V. fa. i. linea XVI. premordia, lege primordia.
 C. V. fa. i. linea. XVIII. per intellectum faciliorem
 Lege Pro intellectu faciliore.

Ad hae

Heus tu crud
 Siccine po
 Dissipas & ca
 Disrump
 Sacrificum q
 Abnuis &
 At non sic, qu
 Quin pot
 Perdocet haec
 Mensing

sta nihil moror
domiciliū, suum
malos, ad correc
: quatenus ta
omnia sanctam
tant de eis, tane
tur: & uia
a opera
in ce
et
no.

AEL I.

on onera . Lege
ge peruicacem.
ge erat
ge cementarios
ge accipere .
ge primordia.
tum faciliorem

Ad hæreticum contemptorem,

Hæus tu crudelis atq; impie furcifer, effrons
Siccine peruertis, munera quæq; pia?
Dissipas & calcas, rodisq; canicula demens
Disrumpis, perdis, bestia seu nimis
Sacrificum qui mysterium, sic munia Missæ
Abnuis & renegas: futilis ecce miser
At non sic, quisquis Christo constanter adhæret
Quin potius, grata est contio tota Dei
Perdocet hæc paucis quidem, Sed rite Iohannes
Mensingus, doctus scilicet atq; pius .

AD SVMMVM SACERDO-
tem Christum præcatio, (carmine Saphico) ante
Altaris sancti accessum , atq; etiam post sacro
sanctæ Eucharistiæ communi-
nem peroranda .

Tu sacerdotum maculas tuorum
Christe detergas : sine labe quavis
Quo sacras Aras , ualeant adire.
Summe sacerdos.

Illecebrosos superare motus
Non sinas mentes , tibi seruientum
Municens ipsas , niueo pudore
Summe sacerdos.

Parcito uitæ ucteri : scelestos
Pellito insultus : animiq; morbos
A tuis seruis , procul effugato
Summe sacerdos.

Seua nos blandæ Veneris libido
Tingat haud unq; : spoliare puras
Quæ solet claris animas coronis
Summe sacerdos.

Fædus nil est uitij in orbe
Inditum turpant quæ animæ nitorem
Subiacere hijs nos , patiare nunq;
Summe sacerdos.

AD CH

Te Dei patri
Desinit nunq;
Christianoru

Imperatrice
Te colunt iu
Exules nati

Corpus et sa
Filijs fiant , an
Per tuas dig

ERDO.
Saphico) ante
iam post sacro
munio

AD CHRISTIPARAM VIR
gnem, itemq; præcatio.

Te Dei patris peperisse prolem
Desinit nunq̄ sane confiteri
Christianorum chorus uniuersus
Virgo Maria,

Imperatricem Superum potentem
Te colunt iuḡ ueneratione
Exules nati genitricis Euaē

Virgo Maria,
Corpus et sanguis, cibus atq; potus
Filijsiant, animæ fidelis
Per tuas dignas rogitationes
Virgo Maria.

F I N I S.

los.

los.

los.

los.

m

los.




De Sacerdotio Ecclesiae Christi ca-
tholicae: contra Lutheranos: Sub
anno Gratiae. M. D. XXVII.
Mense Ianuario.

EX
S C R I
atq; Argum
dotium

Ioh

Anno











3.

DE SACER

DOTIO ECCLESIAE CHRI
STI CATHOLICAE ORA
TIO LATINA HABITA AD
CLERVM PARTHENOPO
LITANVM ADVERSVS
MARTI I VNERI DOG
MATA PI
BELLOS V
ABROGA
LESV
NE

Authore I

M.

*De pro
oem luy
thano
lulhi
fuo anig
missa
et data*

